

# SAMMLUNG TUSCULUM

Wissenschaftliche Beratung:

Gerhard Fink, Manfred Fuhrmann, Erik Hornung,  
Joachim Latacz, Rainer Nickel



MARCUS TULLIUS CICERO

AN SEINE FREUNDE

Lateinisch–deutsch

Herausgegeben und übersetzt  
von Helmut Kasten

ARTEMIS & WINKLER

Bibliographische Information der Deutschen Bibliothek

Die Deutsche Bibliothek verzeichnet diese Publikation  
in der Deutschen Nationalbibliographie; detaillierte bibliographische  
Daten sind im Internet unter <http://dnb.ddb.de> abrufbar.

6. Auflage

© 2004 Patmos Verlag GmbH & Co. KG  
Artemis & Winkler Verlag, Düsseldorf und Zürich

Alle Rechte vorbehalten.

Druck: Friedrich Pustet, Regensburg

ISBN 3-7608-1517-0

[www.patmos.de](http://www.patmos.de)

## INHALT

### Text und Übersetzung

Buch I . . . . .	6
Buch II . . . . .	68
Buch III . . . . .	118
Buch IV . . . . .	176
Buch V . . . . .	228
Buch VI . . . . .	300
Buch VII . . . . .	364
Buch VIII . . . . .	430
Buch IX . . . . .	486
Buch X . . . . .	554
Buch XI . . . . .	646
Buch XII . . . . .	708
Buch XIII . . . . .	782
Buch XIV . . . . .	798
Buch XV . . . . .	830
Buch XVI . . . . .	894

### Anhang I

Einführung . . . . .	938
Zeittafel . . . . .	940
Erläuterungen . . . . .	944
Zeitliche Folge der Briefe . . . . .	1011
Briefe von Cicero . . . . .	1011
Briefe an Cicero . . . . .	1015
Sonstige Briefe . . . . .	1017
Bemerkungen zur Textgestaltung . . . . .	1018
Register . . . . .	1023
Personen . . . . .	1023
Geographisches . . . . .	1032
Gottheiten . . . . .	1035
Mythologie . . . . .	1035
Leges . . . . .	1035
Philosophie . . . . .	1035
Prosaschriften . . . . .	1035
Sonstiges . . . . .	1036
Konkordanz . . . . .	1036

Nachwort . . . . .	1040
--------------------	------

### Anhang II

Buch XIII: lateinischer Text der nicht übersetzten Briefe	1041
Register dazu . . . . .	1074

## LIBER PRIMVS

### I.

#### M. CICERO S. D. P. LENTVLO PROCOS.

Ego omni officio ac potius pietate erga te ceteris <sup>1</sup> satis facio omnibus, mihi ipse numquam satis facio; tanta enim magnitudo est tuorum erga me meritorum, ut, quia tu nisi perfecta re de me non conquiesti, ego, quia non idem in tua causa efficio, vitam mihi esse acerbam putem.

In causa haec sunt: Hammonius, regis legatus, aperte pecunia nos oppugnat; res agitur per eosdem creditores, per quos, cum tu aderas, agebatur; regis causa si qui sunt qui velint, qui pauci sunt, omnes rem ad Pompeium deferri volunt, senatus religionis calumniam non religione, sed malevolentia et illius regiae largitionis invidia comprobatur.

Pompeium et hortari et orare et iam liberius ac <sup>2</sup> cusare et monere, ut magnam infamiam fugiat, non desistimus; sed plane nec precibus nostris nec admonitionibus relinquit locum. nam cum in sermone cotidiano tum in senatu palam sic egit causam tuam, ut neque eloquentia maiore quisquam nec gravitate nec studio nec contentione agere potuerit, cum summa testificatione tuorum in se officiorum et amoris erga te sui.

## ERSTES BUCH

### I.

M. Cicero grüßt den Prokonsul P. Lentulus.

Allen andern tue ich mit all meiner Dienstbereitschaft, besser gesagt: meinem Pflichtgefühl Dir gegenüber Genüge, nur ich selbst bin mit mir nie zufrieden. Deine Verdienste um mich sind ja so unermeßlich, daß ich das Leben satt zu haben meine, wenn ich bedenke, daß Du nicht eher ruhest, als bis meine Sache erledigt war, ich aber für Dich nicht dasselbe tun kann.

Der Stand der Angelegenheit ist folgender: Hammonius, der Beauftragte des Königs, berennt uns ganz offen mit Geld. Dahinter stecken dieselben Geldgeber wie damals, als Du noch hier warest; falls es Leute gibt, die sich für den König interessieren – es sind nur wenige –, so wünschen sie allesamt, daß Pompeius mit der Sache betraut wird. Der Senat verschanzt sich hinter dem Kniff mit den religiösen Bedenken, nicht aus religiösen Bedenken, sondern aus Übelwollen und Empörung über die königliche Freigebigkeit.

Ich mahne und bitte Pompeius unausgesetzt, mache ihm bereits ziemlich unumwunden Vorwürfe und warne ihn, seinen Ruf nicht gänzlich aufs Spiel zu setzen. Aber er läßt mich mit meinen Bitten und Ermahnungen einfach nicht zu Worte kommen. Denn sowohl im täglichen Gespräch wie auch im Senat ist er nach außenhin so für Dich eingetreten, daß niemand mit größerer Beredsamkeit Deine Sache wuchtiger, eifriger und leidenschaftlicher hätte vertreten können, wobei er eindringlich auf Deine ihm erwiesenen Dienste und seine Liebe zu Dir hinwies.

Marcellinum tibi esse iratum scis. is hac regia causa excepta ceteris in rebus se acerrimum tui defensorem fore ostendit. quod dat, accipimus; quod instituit referre de religione et saepe iam rettulit, ab eo deduci non potest.

Res ante Idus acta sic est – nam haec Idibus mane 3 scripsi –: Hortensi et mea et Luculli sententia cedit religioni de exercitu; teneri enim res aliter non potest; sed ex illo senatus consulto, quod te referente factum est, tibi decernit, ut regem reducas, quod commodo rei p. facere possis, ut exercitum religio tollat, te auctorem senatus retineat.

Crassus tris legatos decernit nec excludit Pompeium, censet enim etiam ex iis, qui cum imperio sint; Bibulus tris legatos ex iis, qui privati sunt. huic adsentiuntur reliqui consulares praeter Servilium, qui omnino reduci negat oportere, et Volcacium, qui Lupo referente Pompeio decernit, et Afranium, qui adsentitur Volcacio. quae res auget suspicionem Pompei voluntatis, nam advertebatur Pompei familiaris adsentiri Volcacio. laboratur vehementer; inclinata res est. Libonis et Hyspaei non obscura concursatio et contentio omniumque Pompei familiarium studium in eam opinionem rem adduxerunt, ut Pompeius cupere videatur; cui qui nolunt, idem tibi, quod eum ornasti, non sunt amici.

Nos in causa auctoritatem eo minorem habemus, 4 quod tibi debemus, gratiam autem nostram exstinguit hominum suspicio, quod Pompeio se gratificari putant. ut in rebus multo ante, quam profectus es, ab ipso rege et ab intimis ac domesticis Pompei clam exulceratis,



Daß Marcellinus Dir nicht grün ist, weißt Du. Aber er läßt durchblicken, daß er abgesehen von dieser Sache mit dem König in allen andern Dingen entschieden für Dich eintreten wird. Was er gewährt, nehmen wir dankend an; daß er auf den religiösen Bedenken herumreitet und sie schon mehrfach zur Debatte gestellt hat, davon läßt er sich nicht abbringen.

Der Verlauf am 12. war folgender – ich schreibe diesen Brief nämlich am 13. morgens –: Hortensius' und mein und Lucullus' Antrag fügt sich den Bedenken wegen des Heeres; anders läßt sich die Sache nämlich überhaupt nicht halten. Auf Grund jenes auf Dein Referat hin gefaßten Senatsbeschlusses treten wir dafür ein, daß Du den König zurückführst, soweit Du es ohne Schaden für den Staat tun kannst, so daß also das Heer aus religiösen Bedenken wegfällt, der Senat aber dabei bleibt, daß Du die Sache in die Hand nimmst.

Crassus beantragt drei Gesandte, wobei er Pompeius nicht ausschließt; er erklärt nämlich, daß auch Imperiumsträger in Frage kämen; Bibulus drei Gesandte aus den Reihen der zur Zeit Unbeamten. Auf seiner Seite stehen alle übrigen Konsulare außer Servilius, der meint, man solle ihn überhaupt nicht zurückführen, und Volcacijs, der auf Vorschlag des Lupus sich für Pompeius einsetzt, und Afranius, der Volcacijs zustimmt. Dieser Umstand verstärkt den Verdacht, daß Pompeius den Auftrag sich selbst zuwenden will; man konnte nämlich bemerken, wie Pompeius' Anhänger Volcacijs zustimmten. Man arbeitet mit allen Mitteln; die Sache steht auf der Kippe. Libos und Hypsaeus' unverhohlenen Umherlaufen und Agitieren und die Geschäftigkeit aller Anhänger des Pompeius haben die Vermutung aufkommen lassen, daß Pompeius wohl gerne möchte; aber dieselben Leute, die es ihm nicht gönnen, sind auch Dir nicht gewogen, weil Du ihn ausgezeichnet hast.

Dabei dringe ich um so weniger durch, weil ich Dir verpflichtet bin, meinen Einfluß aber der Argwohn der Leute illusorisch macht, weil sie meinen, Pompeius einen Gefallen zu tun. Da die Dinge nun einmal lange vor Deiner Abreise durch den König selbst und die Vertrauten und Freunde des Pompeius heimlich zur schwärenden Wunde geworden sind und dann, öffentlich von den Konsuln breit-

deinde palam a consularibus exagitatis et in summam invidiam adductis ita versamur.

Nostram fidem omnes, amorem tui absentis praesentes tui cognoscent. si esset in iis fides, in quibus summa esse debebat, non laboraremus.

## II.

### M. CICERO S. D. P. LENTULO PROCOS.

Idibus Ianuariis in senatu nihil est confectum, propterea quod dies magna ex parte consumptus est altercatione Lentuli consulis et Canini tr. pl. eo die nos quoque multa verba fecimus maximeque visi sumus senatum commemoratione tuae voluntatis erga illum ordinem permovere. itaque postridie placuit, ut breviter sententias diceremus; videbatur enim reconciliata nobis voluntas esse senatus, quod cum dicendum singulis appellandis rogandisque perspexeram.

Itaque, cum sententia prima Bibuli pronuntiata esset, ut tres legati regem reducerent, secunda Hortensi, ut tu sine exercitu reduceres, tertia Volcaci, ut Pompeius reduceret, postulatum est, ut Bibuli sententia divideretur. quatenus de religione dicebat, cui quidem rei iam obsisti non poterat, Bibulo adsensum est; de tribus legatis frequentes ierunt in alia omnia.

Proxima erat Hortensi sententia, cum Lupus tr. pl.,<sup>2</sup> quod ipse de Pompeio rettulisset, intendere coepit ante se oportere discessionem facere quam consules. eius orationi vehementer ab omnibus reclamatum est; erat enim et iniqua et nova. consules neque concedebant neque valde repugnabant, diem consumi volebant, id quod est factum; perspiciebant enim in Hortensi sen-

getreten, tiefste Empörung hervorgerufen haben, ist das jetzt meine Lage.

Meine Zuverlässigkeit werden alle, meine Liebe zu Dir in der Ferne Deine Vertrauensleute hier erkennen. Wenn man sich auf diejenigen verlassen könnte, auf die in erster Linie Verlaß sein müßte, dann wären wir aus aller Not heraus.

(Rom, den 13. Januar 56 [22. XII. 57])

## 2.

M. Cicero grüßt den Prokonsul P. Lentulus.

Am 13. Januar ist es im Senat zu keinem Beschluß gekommen; der Tag wurde nämlich zum größten Teil mit einem Wortwechsel zwischen dem Konsul Lentulus und dem Volkstribunen Caninius verplempert. Auch wir haben dabei mehrfach das Wort genommen und schienen vor allem mit dem Hinweis auf Deine Loyalität gegenüber dem Senat großen Eindruck zu machen. Somit meinten wir am folgenden Tage unsern Standpunkt nur kurz darlegen zu sollen; anscheinend hatten wir ja das Ohr des Senats wiedergewonnen, was ich schon während meiner Rede und hernach, als ich einzelne Leute ansprach und befragte, bemerkt hatte.

Als dann also zunächst Bibulus' Antrag zur Debatte gestellt wurde, daß drei Gesandte den König zurückführen sollten, an zweiter Stelle der des Hortensius, daß Du ihn ohne Heer zurückführen sollest, an dritter der des Volcacijs, daß Pompeius ihn zurückführen solle, wurde die Forderung erhoben, daß Bibulus' Antrag geteilt werden solle. Soweit er die religiösen Bedenken betraf – eine Frage, der man sich nicht mehr verschließen konnte – fand Bibulus Zustimmung; bezüglich der drei Gesandten stimmte die überwiegende Mehrheit dagegen.

Dann kam Hortensius' Antrag heran; aber da begann der Volkstribun Lupus sich darauf zu versteifen, sein Vorschlag betreffs des Pompeius müsse zunächst zur Abstimmung gebracht werden und dann erst der der Konsuln. Seine Ausführungen fanden auf allen Seiten heftigen Widerspruch; es war ja auch ein unbilliger, nie dagewesener Vorgang. Die Konsuln gaben weder nach, noch widersprachen sie energisch; sie wollten es nur zu keiner Entscheidung kommen lassen, was ihnen denn auch gelang. Sie merkten

tentiam multis partibus plures ituros, quamquam aperte, ut Volcacio adsentirentur, multi rogabantur, atque id ipsum consulibus invitis, nam ei Bibuli sententiam valere cupierunt.

Hac controversia usque ad noctem ducta senatus 3  
dimissus est.

Ego eo die casu apud Pompeium cenavi nactusque tempus hoc magis idoneum quam umquam antea, quod post tuum discessum is dies honestissimus nobis fuerat in senatu, ita sum cum illo locutus, ut mihi viderer animum hominis ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducere. quem ego ipsum cum audio, prorsus eum libero omni suspitione cupiditatis; cum autem eius familiares omnium ordinum video, perspicio, id quod iam omnibus est apertum, totam rem istam iam pridem a certis hominibus non invito rege ipso consiliariisque eius esse corruptam.

Haec scripsi a. d. XVI Kal. Febr. ante lucem; eo die 4  
senatus erat futurus. nos in senatu, quem ad modum spero, dignitatem nostram, ut potest in tanta hominum perfidia et iniquitate, retinebimus; quod ad popularem rationem attinet, hoc videmur esse consecuti, ut ne quid agi cum populo aut salvis auspiciis aut salvis legibus aut denique sine vi posset. de his rebus pridie, quam haec scripsi, senatus auctoritas gravissima intercessit, cui quom Cato et Caninius intercessissent, tamen est perscripta; eam ad te missam esse arbitror.

De ceteris rebus quicquid erit actum, scribam ad te et, ut quam rectissime agatur, omnia mea cura, opera, diligentia, gratia providebo.

nämlich, daß die überwiegende Mehrheit sich für Hortensius' Antrag entscheiden würde, obgleich viele ganz unverhohlen bearbeitet wurden, für Volcacijs zu stimmen, was den Konsuln ebenso wenig recht war, denn sie wünschten, daß Bibulus' Antrag durchginge.

Diese Geschäftsordnungsdebatte zog sich bis zum Einbruch der Nacht hin, und so wurde die Senatssitzung geschlossen.

Ich speiste an diesem Tage zufällig bei Pompeius und fand so eine passende Gelegenheit wie nie zuvor, weil seit Deinem Weggange dieser Tag für mich der ehrenvollste im Senat gewesen war. Da habe ich denn so auf ihn eingeredet, daß ich glauben durfte, den Mann von allen andern Gedanken abzulenken und ihn dazu zu bringen, für Deine Würde einzutreten. Wenn ich seine eigenen Worte im Ohr habe, spreche ich ihn durchaus frei von jedem Verdacht, persönliche Wünsche zu haben; sehe ich aber seine Freunde aus allen Ständen, dann ist mir klar, was nachgerade jedermann sieht, daß die ganze Geschichte schon längst von gewissen Leuten nicht ohne Einwirkung des Königs selbst und seiner Ratgeber auf falsche Geleis geschoben worden ist.

Diesen Brief schreibe ich am 15. Januar vor Tagesanbruch. Heute soll wieder Senatssitzung sein. Wir werden, wie ich hoffe, im Senat unsre Würde wahren, soweit das bei der unglaublichen Hinterhältigkeit und Unredlichkeit der Leute möglich ist. Was die populäre Richtung angeht, so glauben wir doch soviel erreicht zu haben, daß die Sache, solange die Auspizien beachtet werden, die Gesetze in Kraft sind und schließlich keine Gewalt angewendet wird, nicht vors Volk gebracht werden kann. Über diesen Punkt ist gestern ein scharfer Senatsbeschluß ergangen, der auf Catos und Caninius' Einspruch hin jedenfalls als Gutachten protokolliert worden ist. Ich nehme an, man hat ihn Dir zugestellt.

Über den Verlauf alles Weiteren werde ich Dir berichten und all meine Sorge, all mein Bemühen, alle Gewissenhaftigkeit und allen Einfluß dafür aufbieten, daß es so richtig wie möglich verläuft.

(Rom, den 15. Januar 56 [24. XII. 57])

## III.

## M. CICERO S. D. P. LENTVLO PROCOS.

A. d. XVI Kal. Febr. cum in senatu pulcherrime stare-  
 mus, quod iam illam sententiam Bibuli de tribus le-  
 gatis pridie eius diei fregeramus, unumque certamen  
 esset relictum sententia Volcaci, res ab adversariis  
 nostris extracta est variis calumniis; causam enim fre-  
 quenti senatu non magna varietate magnaue invidia  
 eorum, qui a te causam regiam alio traferebant, obtine-  
 bamus. eo die acerbum habuimus Curionem, Bibulum  
 multo iustioem, paene etiam amicum; Caninius et  
 Cato negarunt se legem ullam ante comitia esse laturus.  
 senatus haberi ante Kal. Febr. per legem Pupiam, id  
 quod scis, non potest neque mense Febr. toto nisi per-  
 fectis aut reiectis legationibus.

Haec tamen opinio est populi Romani, a tuis invidis  
 atque obtreclatoribus nomen inductum fictae religio-  
 nis, non tam ut te impediret, quam ut ne quis propter  
 exercitus cupiditatem Alexandriam vellet ire. digni-  
 tatis autem tuae nemo est quin existimet habitam esse  
 rationem ab senatu; nemo est enim, qui nesciat, quo  
 minus discessio fieret, per adversarios tuos esse fac-  
 tum; qui nunc populi nomine, re autem vera scelera-  
 tissimo tribunorum latrocinio si quae conabuntur  
 agere, satis mi provisum est, ut ne quid salvis auspiciis  
 aut legibus aut etiam sine vi agere possent.

Ego neque de meo studio neque de non nullorum  
 iniuria scribendum mihi esse arbitror; quid enim aut  
 me ostentem, qui, si vitam pro tua dignitate profun-  
 dam, nullam partem videar meritorum tuorum adse-  
 cutus, aut de aliorum iniuriis querar, quod sine sum-  
 mo dolore facere non possum? ego tibi a vi, hac prae-  
 sertim imbecillitate magistratum, praestare nihil pos-

## 3 (4).

M. Cicero grüßt den Prokonsul P. Lentulus.

Am 15. Januar stand unsre Sache im Senat ausgezeichnet. Bibulus' Antrag betreffs der drei Gesandten hatten wir bereits tags zuvor zu Fall gebracht, und nur der Kampf um Volcaciuss' Antrag stand noch bevor. Da wurde die Sache aber von unsern Gegnern durch alle mögliche Winkelzüge verschleppt; wir suchten nämlich, während der Senat in seiner Mehrheit ziemlich fest blieb, zur höchsten Erbitterung derer, die die Sache mit dem König Dir abnehmen und einem andern zuschanzen wollten, unsern Standpunkt zu wahren. An diesem Tage hatten wir an Curio einen erbitterten Gegner; viel zugänglicher erwies sich Bibulus, beinahe sogar als Freund. Caninius und Cato erklärten, vor den Komitien kein Gesetz einbringen zu wollen. Eine Senatssitzung kann, wie Du weißt, nach der Lex Pupia vor dem 1. Februar nicht stattfinden und auch während des ganzen Februars nur, wenn die Gesandtschaften abgefertigt oder abgewiesen sind.

Im Römischen Volke herrscht jedoch die Meinung, Deine Neider und Widersacher hätten den Vorwand der erheuchelten religiösen Bedenken nicht so sehr aufs Tapet gebracht, um Dir Steine in den Weg zu legen, als um zu verhindern, daß jemand, um eine Armee in die Hand zu bekommen, nach Alexandria zu gehen wünschte. Niemand glaubt, daß der Senat Deine Würde nicht gebührend berücksichtigt habe; jedermann weiß ja, daß nur Deine Gegner eine Abstimmung unterbunden haben. Sollten sie jetzt versuchen, im Namen des Volkes, in Wirklichkeit aber aus ruchloser Spitzbüberei der Tribunen irgendetwas zu unternehmen, dann habe ich genügend vorgesorgt, daß sie nichts unternehmen können, solange die Auspizien und die Gesetze beachtet werden und es ohne Gewalt abgeht.

Über meine eifrigen Bemühungen wie auch über die Gewalttätigkeit einiger Leute brauche ich wohl kein Wort zu sagen. Wozu sollte ich mich denn auch herausstreichen, der ich, wenn ich mein Leben für Deine Würde verströmen wollte, nicht im entferntesten Deine Verdienste um mich zu erreichen glaube, warum mich über die Gewalttätigkeit anderer beklagen, was ich nicht ohne tiefe Erbitterung tun könnte? Was die Anwendung von Gewalt betrifft, kann ich, zumal bei der bekannten Schwäche unsrer Behörden, für

sum; vi excepta possum confirmare te et senatus et populi Romani summo studio amplitudinem tuam retenturum.

## IV.

## M. CICERO S. D. P. LENTVLO PROCOS.

A. Trebonio, qui in tua provincia magna negotia et <sup>1</sup> ampla et expedita habet, multos annos utor valde familiariter. is cum antea semper et suo splendore et nostra ceterorumque amicorum commendatione gratiosissimus in provincia fuit, tum hoc tempore propter tuum in me amorem nostramque necessitudinem vehementer confidit his meis litteris se apud te gratiosum fore.

Quae ne spes eum fallat, vehementer rogo te <sup>2</sup> mendoque tibi eius omnia negotia, libertos, procuratores, familiam, in primisque ut, quae T. Ampius de eius re decrevit, ea comprobare omnibusque rebus eum ita tractes, ut intellegat meam commendationem non vulgarem fuisse.

## V.

## M. CICERO S. D. P. LENTVLO PROCOS.

Tametsi mihi nihil fuit optatius, quam ut primum <sup>1</sup> abs te ipso, deinde a ceteris omnibus quam gratissimus erga te esse cognoscerer, tamen adficio summo dolore eius modi tempora post tuam profectionem consecuta esse, ut et meam et ceterorum erga te fidem et benevolentiam absens experirere; te videre et sentire eandem fidem esse hominum in tua dignitate, quam ego in mea salute sum expertus, ex tuis litteris intellexi.

Nos <sup>2</sup> maxime consilio, studio, labore, gratia de causa remur, subito exorta est nefaria Cato-



nichts eintreten; die Anwendung von Gewalt ausgenommen, kann ich Dir aber versichern, daß der Senat und das Volk mit aller Entschiedenheit für deine Würde eintreten werden.

(Rom, den 16. Januar 56 [25. XII. 57])

4 (3).

M. Cicero grüßt den Prokonsul P. Lentulus.

Mit A. Trebonius, der in Deiner Provinz umfangreiche geregelte Geschäfte betreibt, stehe ich seit vielen Jahren in engen freundschaftlichen Beziehungen. Bisher ist er vermöge seines eigenen Ansehens und meiner wie auch seiner sonstigen Freunde Empfehlungen in der Provinz stets sehr beliebt gewesen und hofft jetzt zuversichtlich, in Anbetracht Deiner Liebe zu mir und unsrer Verbundenheit, auch bei Dir auf Grund dieses meines Schreibens beliebt zu sein.

Daß er sich in dieser Hoffnung nicht getäuscht sieht, darum bitte ich Dich inständig und lege Dir alle seine geschäftlichen Interessen, seine Freigelassenen, seine Verwalter, sein Gesinde ans Herz; vor allem mögest Du alles, was T. Ampius in seiner Angelegenheit angeordnet hat, bestätigen und ihn in jeder Beziehung so behandeln, daß er fühlt, daß meine Empfehlung etwas Besonderes gewesen ist.

(Rom, Mitte Januar 56 [Ende XII. 57])

5 (5a).

M. Cicero grüßt den Prokonsul P. Lentulus.

Zwar habe ich mir nichts sehnlicher gewünscht, als daß hauptsächlich Du selbst, dann aber auch jedermann sonst erkennte, wie überaus dankbar ich Dir bin; aber es schmerzt mich doch tief, daß nach Deiner Abreise Umstände eingetreten sind, die dazu geführt haben, daß Du meine und unser aller Treue und Wohlwollen gegen Dich in der Ferne erfahren mußt. Daß Du siehst und fühlst, wie die Leute mit der gleichen Treue für Deine Würde eintreten, die ich bei meiner Rettung erfahren habe, ersehe ich aus Deinem Briefe.

Wir haben in der Sache mit dem König alle Klugheit, allen Eifer, alle Mühen, all unsern Einfluß aufgeboten; aber plötzlich tauchte

nis promulgatio, quae nostra studia impediret et animos a minore cura ad summum timorem traduceret; sed tamen, in eius modi perturbatione rerum quamquam omnia sunt meruenda, nihil magis quam perfidiam timemus et Catoni quidem, quoquo modo se res habet, profecto resistimus.

De Alexandrina re causaque regia tantum habeo 3 polliceri, me tibi absentis tuisque praesentibus cumulate satis facturum, sed vereor, ne aut eripiatur causa regia nobis aut deseratur; quorum utrum minus velim, non facile possum existimare. sed si res coget, est quidam tertium, quod neque Selicio nec mihi displicebat, ut neque iacere regem pateremur nec nobis repugnans ad eum deferri, ad quem prope iam delatum existimatur. a nobis agentur omnia diligenter, ut neque, si quid obtineri poterit, non contendamus nec, si quid non obtinuerimus, repulsi esse videamur.

Tuae sapientiae magnitudinisque animi est omnem 4 amplitudinem et dignitatem tuam in virtute atque in rebus gestis tuis atque in tua gravitate positam existimare; si quid ex iis rebus, quas tibi fortuna largita est, non nullorum hominum perfidia detraxerit, id maiori illis fraudi quam tibi futurum.

A me nullum tempus praetermittitur de tuis rebus et agendi et cogitandi; utor ad omnia Q. Selicio, neque enim prudentiorem quemquam ex tuis neque fide maiore esse iudico neque amantiorem tui.

## VI.

M. CICERO S. D. P. LENTVLO PROCOS.

Hic quae agantur quaeque acta sint, ea te et litteris 1 multorum et nuntiis cognosse arbitror; quae autem

der ruchlose Gesetzesvorschlag Catos auf, der den Erfolg unsrer Bemühungen in Frage stellen und unsre bis dahin nicht eben große Besorgnis in ernstliche Befürchtungen verwandeln mußte. Gewiß muß man bei einem derartigen Durcheinander auf alles gefaßt sein; aber nichts fürchten wir mehr als die Hinterhältigkeit, und Cato kann sich darauf verlassen, daß wir uns ihm, mag es gehen, wie es will, in den Weg stellen.

Betreffs Alexandrias und der Sache mit dem König kann ich Dir soviel versprechen, daß ich Dir in der Ferne und Deinen Vertrauensleuten hier voll und ganz Genüge tun werde; aber ich befürchte, daß die Sache mit dem König uns aus der Hand genommen oder überhaupt aufgegeben wird. Was von beidem mir weniger erwünscht wäre, vermag ich nur schwer abzuschätzen. Aber wenn es nicht anders geht, gibt es noch ein Drittes, das sowohl Selicius als auch mir passabel erscheint: wir dulden weder, daß der König kaltgestellt wird, noch lassen wir es dazu kommen, daß gegen unsern Widerstand die Sache dem Manne übertragen wird, dem sie, wie man annimmt, beinahe schon übertragen ist. Wir werden alles so geschickt einfädeln, daß wir, wenn überhaupt etwas zu machen ist, den Kampf nicht aufgeben, wenn wir nichts erreichen, doch nicht als die Geschlagenen dastehen.

Klug und hochherzig wie Du bist, mußst Du Dir sagen, daß Dein ganzes Ansehen, Deine Würde allein von Deiner Tüchtigkeit, Deinen Erfolgen, Deiner ganzen Persönlichkeit abhängt; macht die Unredlichkeit einiger weniger von den Vorteilen, die das Glück Dir zugespielt hat, etwas illusorisch, dann haben sie selbst mehr Schaden davon als Du.

Ich lasse keinen Augenblick vergehen, ohne für Deine Interessen zu arbeiten und zu planen. In allem steht mir Q. Selicius zur Seite; keiner von Deinen Leuten ist ja so klug, so zuverlässig, so aufgeweckt und Dir so herzlich ergeben.

(Rom, um den 5. Februar [12. I.] 56)

6 (5b).

M. Cicero grüßt den Prokonsul P. Lentulus.

Was hier vorgeht und vorgefallen ist, hast Du wahrscheinlich von vielen Seiten durch Briefe und Botschaften erfahren; aber was

posita sunt in coniectura quaeque videntur fore, ea puto tibi a me scribi oportere.

Postea quam Pompeius et apud populum a. d. VIII Id. Febr., quom pro Milone diceret, clamore convicioque iactatus est in senatuque a Catone aspere et acerbe nimium magno silentio est accusatus, visus est mihi vehementer esse perturbatus. itaque Alexandrina causa, quae nobis adhuc integra est – nihil enim tibi detraxit senatus nisi id, quod per eandem religionem dari alteri non potest –, videtur ab illo plane esse deposita.

Nunc id speramus idque molimur, ut rex, cum intellegat sese, quod cogitabat, ut a Pompeio reducatur, adsequi non posse et, nisi per te sit restitutus, desertum se atque abiectum fore, proficiscatur ad te; quod sine ulla dubitatione, si Pompeius paulum modo ostenderit sibi placere, faciet; sed nosti hominis tarditatem et taciturnitatem. nos tamen nihil, quod ad eam rem pertineat, praetermittimus. ceteris iniuriis, quae propositae sunt a Catone, facile, ut spero, resistemus. amicum ex consularibus neminem tibi esse video praeter Hortensium et Lucillum; ceteri sunt partim obscurius iniqui, partim non dissimulanter irati.

Tu fac animo forti magnoque sis speresque fore, ut fracto impetu levissimi hominis tuam pristinam dignitatem et gloriam consequare.

## VII.

M. CICERO S. D. P. LENTVLO PROCOS.

Quae gerantur, accipies ex Pollione, qui omnibus negotiis non interfuit solum, sed praefuit.

Me in summo dolore, quem in tuis rebus capio, ma-

zu vermuten steht und anscheinend eintreten wird, das meine ich Dir schreiben zu müssen.

Als Pompeius am 6. Februar vor dem Volke für Milo sprach und dabei mit Geschrei und Schmähungen angerempelt wurde und im Senat Cato ihn unter eisigem Schweigen barsch und streng ins Gebet nahm, schien er mir nicht aus und ein zu wissen. Die alexandrinische Sache, in der wir bisher noch freie Hand haben – denn der Senat hat Dir nichts entzogen, abgesehen davon, daß aus den gleichen religiösen Bedenken auch kein anderer den Auftrag erhalten kann –, scheint er gänzlich aufgegeben zu haben.

Jetzt hoffen wir und arbeiten darauf hin, daß der König, wenn er einsieht, daß er nicht erreichen kann, was er sich gedacht hatte, nämlich von Pompeius zurückgeführt zu werden, und wenn er nicht von Dir wiedereingesetzt wird, von Gott und aller Welt verlassen sein wird, sich zu Dir auf den Weg macht. Und das wird er zweifellos auch tun, wenn Pompeius nur ein klein wenig durchblicken läßt, daß er nichts dagegen hat. Aber du weißt ja, wie schwerfällig und verschwiegen der Mann ist. Wir lassen indessen nichts unversucht, was der Sache förderlich sein könnte. Allen übrigen Machenschaften, die Cato in Aussicht gestellt hat, werden wir hoffentlich leicht begegnen können. Von den Konsularen ist Dir offensichtlich niemand gewogen außer Hortensius und Lucullus; alle andern sind Dir teils feindlich gesonnen, ohne es recht merken zu lassen, teils machen sie aus ihrer Erbitterung gar kein Hehl.

Sei Du nur tapfer und wohlgemut und hoffe, daß Du nach Zerschlagung des Angriffs seitens des leichtfertigen Kerls Deine alte Würde und Deinen Ruhm wahrst!

(Rom, um den 10. Februar [17. I.] 56)

7 (6).

M. Cicero grüßt den Prokonsul P. Lentulus.

Was hier vorgeht, wirst Du von Pollio erfahren, der bei allen Unternehmungen dabeigewesen ist, ja, eine führende Rolle dabei gespielt hat.

Bei all meinem tiefen Schmerz, den mir der Verlauf Deiner An-

xime scilicet consolatur spes, quod valde suspicor fore, ut infringatur hominum improbitas et consiliis tuorum amicorum et ipsa die, quae debilitat cogitationes et inimicorum et proditorum tuorum.

Facile secundo loco me consolatur recordatio meorum temporum, quorum imaginem video in rebus tuis; nam etsi minore in re violatur tua dignitas quam mea adffictast, tamen est tanta similitudo, ut sperem te mihi ignoscere, si ea non timuerim, quae ne tu quidem umquam timenda duxisti. sed praesta te eum, qui mihi 'a teneris,' ut Graeci dicunt, 'unguiculis' es cognitus; inlustrabit, mihi crede, tuam amplitudinem hominum iniuria.

A me omnia summa in te studia officiaque exspecta; non fallam opinionem tuam.

### VIII.

#### M. CICERO S. D. P. LENTVLO PROCOS.

Legi tuas litteras, quibus ad me scribis gratum tibi esse, quod crebro certior per me fias de omnibus rebus et meam erga te benevolentiam facile perspicias; quorum alterum mihi, ut te plurimum diligam, facere necesse est, si volo is esse, quem tu me esse voluisti; alterum facio libenter, ut, quoniam intervallo locorum et temporum diiuncti sumus, per litteras tecum quam saepissime conloquar. quod si rarius fiet, quam tu exspectabis, id erit causae, quod non eius generis meae litterae sunt, ut eas audeam temere committere; quotiens mihi certorum hominum potestas erit, quibus recte dem, non praetermittam.

Quod scire vis, qua quisque in te fide sit et voluntate, difficile dictu est de singulis; unum illud audeo, quod antea tibi saepe significavi, nunc quoque re per-

gelegenheit bereitet, finde ich natürlich hauptsächlich darin Trost, daß ich mit ziemlicher Sicherheit annehme, der Ruchlosigkeit der Leute werde ein Riegel vorgeschoben durch die Gegenmaßnahmen Deiner Freunde und durch den Termin selbst, der die Absichten Deiner Feinde und Verräter lähmt.

An zweiter Stelle tröste ich mich gern mit der Erinnerung an meine eigenen Erlebnisse, deren Pendant ich in Deinen Erlebnissen erblicke. Denn wenn auch Deine Würde verhältnismäßig weniger angetastet wird, als die meinige mitgenommen worden ist, so besteht doch eine so große Ähnlichkeit, daß Du mir hoffentlich verzeihst, wenn ich nicht gefürchtet habe, was auch Deiner Meinung nach niemals gefürchtet zu werden brauchte. Aber erweise Dich als der, der Du in meinen Augen, wie die Griechen sagen, „vom zarten Fingernagel an“ gewesen bist; glaub' mir, Deine Würde wird durch das Unrecht der Leute nur in noch helleres Licht gerückt!

Von mir darfst Du allen Eifer, alle Dienstfertigkeit in höchstem Maße erwarten; ich werde Deine gute Meinung von mir nicht enttäuschen!

(Rom, im März [II.] 56)

8 (7).

M. Cicero grüßt den Prokonsul P. Lentulus.

Deinen Brief, in welchem Du mir versicherst, es sei Dir lieb, daß ich Dir häufig von allen Geschehnissen berichtete und Du so un schwer erkennen könntest, wie gut ich es mit Dir meine, habe ich erhalten. Was das letztere angeht, so kann ich gar nicht anders, ich muß Dich herzlich liebhaben, wenn ich der Mann sein will, den Du in mir zu finden dachtest. Das andre tue ich gern, um recht oft brieflich mit Dir zu plaudern, da wir so fern voneinander sind und uns so lange nicht gesehen haben. Wenn es fortan seltener geschieht, als Du erwartest, so deshalb, weil meine Briefe von besonderer Art sind und ich sie nicht jedem ersten Besten anzuvertrauen wage. Sooft ich zuverlässige Leute finde, denen ich sie unbeschen mitgeben kann, lasse ich die Gelegenheit nicht ungenutzt.

Du möchtest wissen, wie es bei jedermann um die Zuverlässigkeit und den guten Willen Dir gegenüber bestellt ist. Das ist im Einzelfalle schwer zu sagen. Nur das eine, was ich Dir früher schon

specta et cognita scribere, vehementer quosdam homines et eos maxime, qui te et maxime debuerunt et plurimum iuvare potuerunt, invidisse dignitati tuae, simillimamque in re dissimili tui temporis nunc et nostri quondam fuisse rationem, ut, quos tu rei publicae causa laeseras, palam te oppugnarent, quorum auctoritatem, dignitatem voluntatemque defenderas, non tam memores essent virtutis tuae quam laudis inimici. quo quidem tempore, ut perscripsi ad te antea, cognovi Hortensium percupidum tui, studiosum Lucillum, ex magistratibus autem L. Racilius et fide et animo singulari; nam nostra propugnatio ac defensio dignitatis tuae propter magnitudinem beneficii tui fortasse plerisque officii maiorem auctoritatem habere videatur quam sententiae.

Praeterea quidem de consularibus nemini possum 3 aut studii erga te aut officii aut amici animi esse testis; etenim Pompeium, qui mecum saepissime non solum a me provocatus, sed etiam sua sponte de te communicare solet, scis temporibus illis non saepe in senatu fuisse; cui quidem litterae tuae, quas proxime miseris, quod facile intellexerim, periucundae fuerunt. mihi quidem humanitas tua vel summa potius sapientia non iucunda solum, sed etiam admirabilis visa est; virum enim excellentem et tibi tua praestanti in eum liberalitate devinctum non nihil suspicantem propter aliquorum opinionem suae cupiditatis te ab se abalienatum illa epistula retinuisti; qui mihi cum semper tuae laudi favere visus est, etiam ipso suspiciosissimo tempore Caniniano, tum vero lectis tuis litteris perspectus est a me toto animo de te ac de tuis ornamentis et commodis cogitare.

Quare ea, quae scribam, sic habeto, me cum illo re 4 saepe communicata de illius ad te sententia atque auctoritate scribere: quoniam senatus consultum nullum



mehrfach angedeutet habe, wage ich auch jetzt, wo ich mich gründlich umgesehen habe, zu behaupten: gewisse Leute, und gerade solche, die ganz besonders verpflichtet gewesen wären, Dir zu helfen, und es am ehesten gekonnt hätten, mißgönnten Dir Deine Würde, und Deine jetzige und meine einstige Lage haben, trotz der verschiedenen Begleitumstände, viel Ähnlichkeit miteinander. Diejenigen, die Du im politischen Kampfe verletzt hattest, hielten Dir offen Widerpart, und diejenigen, deren Ansehen, Ehre und Bestrebungen Du gefördert hattest, dachten weniger an Deine Leistungen, als daß sie Dir Deinen Ruhm mißgönnten. Damals habe ich, wie ich Dir neulich schon schrieb, Hortensius Dir ganz ergeben, Lucullus eifrig und unter den Beamten L. Racilius besonders zuverlässig und tatkräftig gefunden; mein streitbares Eintreten für Deine Würde könnte wegen der Größe Deiner Verdienste um mich in den Augen der meisten vielleicht eher als Ausfluß persönlicher Dankbarkeit denn als echte Überzeugung gelten.

Darüber hinaus kann ich keinem der Konsulare Ergebenheit, Dienstbereitschaft oder freundliche Gesinnung für Dich bezeugen. Denn Pompeius, der nicht nur von mir darauf angeredet, sondern auch von sich aus oft genug mit mir von Dir spricht, ist ja, wie Du weißt, in jenen Tagen nur selten im Senat erschienen. Dein letzter Brief hat ihn, worüber ich mich durchaus nicht wundere, sehr erfreut; ich fand Deine Verbindlichkeit, besser gesagt: Deine ausgesprochene Klugheit bezaubernd, ja, bewundernswert. Du hast Dir nämlich den unvergleichlichen Mann, der sich Dir wegen Deines ungewöhnlichen Entgegenkommens verpflichtet fühlte und jetzt ein klein wenig den Argwohn hegte, Du könntest Dich von ihm zurückgezogen haben, weil manche Leute von seiner Begehrlichkeit redeten, durch diesen Brief aufs neue verbunden. Ich habe stets den Eindruck gehabt, daß er Dir Deinen Ruhm gönnte, selbst zur Zeit der höchst verdächtigen Caninius-Affäre, und jetzt vollends, nach Empfang Deines Briefes, ist er, wie ich mich vergewissern konnte, Feuer und Flamme für Dich und nur darauf bedacht, Dich auszuzeichnen und zu fördern.

Darum darfst Du überzeugt sein, daß das Folgende, wie ich aus zahlreichen Besprechungen mit ihm entnehme, seine wohlerwogene Ansicht über Dich wiedergibt: Es existiert überhaupt kein

exstat, quo reductio regis Alexandrini tibi adempta sit, eaque, quae de ea scripta est auctoritas, cui scis intercessum esse, ut ne quis omnino regem reduceret, tantam vim habet, ut magis iratorum hominum studium quam constantis senatus consilium esse videatur, te perspicere posse, qui Ciliciam Cyprumque teneas, quid efficere et quid consequi possis, et, si res facultatem habitura videatur, ut Alexandream atque Aegyptum tenere possis, esse et tuae et nostri imperii dignitatis Ptolomaide aut aliquo propinquo loco rege conlocato te cum classe atque exercitu proficisci Alexandriam, ut, eam cum pace praesidiisque firmaris, Ptolomaeus redeat in regnum; ita fore, ut et per te restituatur, quem ad modum senatus initio censuit, et sine multitudine reducatur, quem ad modum homines religiosi Sibyllae placere dixerunt.

Sed haec sententia sic et illi et nobis probabatur, ut ex eventu homines de tuo consilio existimatu-  
remus; si cecidisset, ut volumus et optamus, omnes te et sapienter et fortiter, si aliquid esset offensum, eosdem illos et cupide et temere fecisse dicturos. quare, quid adsequi possis, non tam facile est nobis quam tibi, cuius prope in conspectu Aegyptus est, iudicare; nos quidem hoc sentimus, si exploratum tibi sit posse te illius regni potiri, non esse cunctandum, si dubium sit, non esse conandum. illud tibi adfirmo, si rem istam ex sententia gesseris, fore, ut absens a multis, cum redieris, ab omnibus conlaudare; offensionem esse periculosam propter interpositam auctoritatem religionemque video. sed ego te, ut ad certam laudem adhortor, sic a dimicatione deterreo redeoque ad illud, quod initio scripsi, totius facti tui iudicium non tam ex consilio tuo quam ex eventu homines esse facturos.

Senatsbeschluß, durch den Dir die Zurückführung des alexandrinischen Königs entzogen worden wäre; das diesbezügliche Gutachten, überhaupt niemand solle den König zurückführen, wogegen, wie Du weißt, interzediert worden ist, hat nicht viel zu bedeuten und ist offensichtlich mehr der Ausfluß des blinden Eifers einiger Heißsporne als der wohlüberlegte Entschluß eines verantwortungsbewußten Senats. Somit vermagst Du als Statthalter von Cilicien und Cypern selbst zu ermessen, was Du Dir zutrauen und erreichen zu können meinst. Erscheint es Dir möglich, Dich in den Besitz von Alexandria und Ägypten zu setzen, dann gebietet Dir Deine und unsres Reiches Würde, den König in Ptolemais oder sonstwo in der Nähe zu internieren, mit Heer und Flotte nach Alexandria zu gehen, und wenn Du Dich in aller Stille durch Posten der Stadt versichert hast, Ptolemaeus in sein Reich zurückkehren zu lassen. So wird er, wie der Senat es ursprünglich beschlossen hat, von Dir wiedereingesetzt und „ohne eine Menge“ zurückgeführt, wie die Sibylle es nach Aussage einiger allzu ängstlicher Leute wünscht.

Allerdings findet dieser Gedanke nicht unbedingt meine und seine Zustimmung. Wir sind uns bewußt, daß man Deinen Entschluß nach seinem Erfolg beurteilen wird. Geht alles so, wie wir hoffen und wünschen, wird es allgemein heißen, Du habest klug und entschlossen gehandelt; geht etwas schief, dann werden dieselben Leute Deine Handlungsweise eigennützig und unbedacht finden. Darum können wir weniger leicht beurteilen, was Du zu erreichen vermagst, als Du, dem Ägypten sozusagen vor der Nase liegt. Unser Standpunkt ist dieser: Bist Du Dir gänzlich sicher, Dich jenes Reiches bemächtigen zu können, dann solltest Du nicht zaudern, ist es aber fraglich, es gar nicht erst versuchen. Soviel kann ich Dir versichern: wenn Du diese Geschichte nach Wunsch erledigst, werden Dich, solange Du noch fern bist, viele, nach Deiner Heimkehr alle preisen. Ein Mißlingen ist natürlich gefährlich, weil das Senatsgutachten und die Religion im Spiele ist. Aber wie ich Dich antreibe, wenn sicherer Ruhm winkt, so warne ich Dich vor einem ernstern Kampfe und wiederhole, was ich oben gesagt habe: ihr Urteil über dein ganzes Unternehmen werden die Leute sich nicht nach Deinen Absichten, sondern nach dem Erfolg bilden.

Quod si haec ratio rei gerendae periculosa tibi esse 6  
videbitur, placebat illud, ut, si rex amicis tuis, qui per  
provinciam atque imperium tuum pecunias ei credi-  
dissent, fidem suam praestitisset, et auxiliis eum tuis et  
copiis adiuveres; eam esse naturam et regionem pro-  
vinciae tuae, ut illius reditum vel adiuvando confir-  
mares vel neglegendo impedires. in hac ratione quid  
res, quid causa, quid tempus ferat, tu facillime optime-  
que perspicias; quid nobis placuisset, ex me potissi-  
mum putavi te scire oportere.

Quod mihi de nostro statu, de Milonis familiaritate, 7  
de levitate et imbecillitate Clodi gratularis, minime mi-  
ramur te tuis ut egregium artificem praeclaris operibus  
laetari; quamquam est incredibilis hominum perversitas –  
gravioere enim verbo uti non libet –, qui nos, quos favendo  
in communi causa retinere potuerunt, invidendo abalienarunt;  
quorum malevolentissimis obtreactionibus nos scito de veteri  
illa nostra diuturna sententia prope iam esse depulsos, non nos  
quidem, ut nostrae dignitatis simus obliti, sed ut habeamus  
rationem aliquando etiam salutis. poterat utrumque praeclare,  
si esset fides, si gravitas in hominibus consularibus; sed tanta  
est in plerisque levitas, ut eos non tam constantia in re publica  
nostra delectet, quam splendor offendat. quod eo liberius ad te  
scribo, quia 8  
non solum temporibus his, quae per te sum adeptus, sed iam olim  
nascenti prope nostrae laudi dignitatique favisti, simulque quod  
video non, ut antehac putabam, novitati esse invisum meae; in te  
enim, homine omnium nobilissimo, similia invidorum vitia  
perspexi, quem tamen illi esse in principibus facile sunt passi,

Sollte Dir diese Art des Verfahrens riskant erscheinen, dann haben wir noch einen andern Vorschlag: Falls der König Deinen Freunden, die in Deiner Provinz und Deinem Befehlsbereich ihm Gelder vorgeschossen haben, sein Wort verpfändet, könntest Du ihm Deine Hilfstruppen und sonstigen Mittel zur Verfügung stellen, und die natürliche Lage Deiner Provinz ist wie geschaffen dazu: Du kannst seine Rückkehr durch Deine Beihilfe fördern oder durch bloßes Untätigbleiben verhindern. Welche Rolle bei diesem Verfahren die Sache an sich und vom politischen Standpunkt aus und der Zeitpunkt spielt, wirst Du am leichtesten und besten übersehen können; wie wir uns die Sache denken, mußt Du, meine ich, vornehmlich von mir erfahren.

Du beglückwünschst mich zu meiner Stellung, zu der Freundschaft mit Milo und Clodius' Leichtfertigkeit und Nichtigkeit. Nun, ich wundere mich durchaus nicht, daß Du Dich wie ein bedeutender Künstler vor seinem Meisterstück freust. Freilich ist es kaum zu glauben, wie verdreht die Leute sind – einen stärkeren Ausdruck möchte ich nicht gebrauchen –; mich, den sie durch Entgegenkommen bei der gemeinsamen Sache hätten festhalten können, haben sie sich durch ihre Scheelsucht entfremdet. Laß es Dir gesagt sein: durch ihre übelwollenden Eifersüchteleien haben sie mich nachgerade von meiner alten, langwährenden politischen Überzeugung beinahe abgebracht; gewiß nicht so, daß ich meine Würde vergessen hätte; aber ich muß doch auch einmal an meine Sicherheit denken. Beides hätte sich wunderbar mit einander vereinigen lassen, wenn auf diese Konsulare Verlaß wäre und sie Charakter besäßen; aber die meisten sind so oberflächlich, daß sie nicht so sehr an meiner politischen Stetigkeit Gefallen finden, als vielmehr an meiner glänzenden Stellung Anstoß nehmen. Ich spreche das Dir gegenüber umso freimütiger aus, weil Du mich in meinem jetzigen Glück, das ich Dir verdanke, aber auch schon vorlängst, als ich beinahe erst an der Schwelle meines Ruhmes und meiner Würde stand, gefördert hast, und weil ich überdies sehe, daß man in mir nicht, wie ich bisher glaubte, den Emporkömmling beneidete. Denn bei Dir, dem Manne von allerältestem Adel, habe ich ein ähnlich häßliches Treiben der Scheelsucht festgestellt; daß Du zu den führenden Persönlichkeiten gehörst, haben sie sich zwar gern

evolare altius certe noluerunt. gaudeo tuam dissimilem fuisse fortunam; multum enim interest, utrum laus imminuatur, an salus deseratur; me meae tamen ne nimis paeniteret, tua virtute perfectum est; curasti enim, ut plus additum ad memoriam nominis nostri quam demptum de fortuna videretur.

Te vero emoneo cum beneficiis tuis tum amore in- 9  
citus meo, ut omnem gloriam, ad quam a pueritia inflammatus fuisti, omni cura atque industria consequare magnitudinemque animi tui, quam ego semper sum admiratus semperque amavi, ne umquam inflectas cuiusquam iniuria. magna est hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis, magna memoria consulatus tui. haec profecto vides, quanto expressiora quantoque industriora futura sint, cum aliquantum ex provincia atque ex imperio laudis accesserit; quamquam te ita gerere volo, quae per exercitum atque imperium gerenda sunt, ut haec multo ante meditare, huc te pares, haec cogites, ad haec te exerceas sentiasque – id quod quia semper sperasti, non dubito quin adeptus intellegas – te facillime posse obtinere summum atque altissimum gradum civitatis. quae quidem mea cohortatio ne tibi inanis aut sine causa suscepta videatur, illa me ratio movit, ut te ex nostris eventis communibus admonendum putarem, ut considerares, in omni reliqua vita quibus crederes, quos caveres.

Quod scribis te velle scire, qui sit rei publicae sta- 10  
tus, summa dissensio est, sed contentio dispar; nam, qui plus opibus, armis, potentia valent, perfecisse tamen mihi videntur stultitia et inconstantia adversariorum, ut etiam auctoritate iam plus valerent. itaque

gefallen lassen, aber daß Du allzu hoch emporstiegest, das wollten sie auf keinen Fall dulden. Ich freue mich, daß Du nicht dasselbe hast durchmachen müssen wie ich; denn es ist doch ein gewaltiger Unterschied, ob man sich zurückgesetzt sieht, wo es um Anerkennung geht, oder preisgegeben, wo es sich um die Existenz handelt. Daß mich mein Mißgeschick nicht allzusehr drückt, habe ich Deinem mannhaften Einsatz zu danken; Du hast nämlich dafür gesorgt, daß man den Eindruck hat, eher sei das Fortleben meines Namens gefördert als mein Glück beeinträchtigt worden.

Dich aber ermahne ich um Deiner Wohltaten und meiner Liebe willen, dem Ruhme, für den Du Dich von Kindesbeinen an begeistert hast, mit allem Sinnen und Trachten nachzustreben und Deinen hohen Sinn, den ich immer bewundert und stets mit Befriedigung wahrgenommen habe, niemals zu beugen, weil Dir irgend jemand zu nahe tritt. Die Leute haben eine gute Meinung von Dir, Deine Freigebigkeit empfiehlt Dich aufs beste, Dein Konsulat steht in gutem Andenken. Sicherlich entgeht es Dir nicht, wieviel ausgeprägter, wieviel leuchtender dies alles sein wird, wenn noch eine Portion Ruhm durch Dein Kommando in der Provinz hinzutritt. Allerdings ist es mein Wunsch, Du hättest Erfolg mit allem, was Du als Feldherr und Statthalter zu vollbringen hast, aber nur in dem Sinne, daß Du weit eher die hiesigen Verhältnisse im Auge behältst, Dich dafür rüstest, sie durchdenkst, Dich auf sie einstellst und Dir sagst – was Du immer erhofft hast und somit am Ziel Deiner Wünsche zweifellos auch merken wirst –, daß Du ohne Schwierigkeit den höchsten und glänzendsten Platz in der Bürgerschaft einnehmen kannst. Vielleicht erscheint Dir diese meine Mahnung eitel oder zwecklos; aber mich leitet dabei der Gedanke, daß es doch wohl meine Pflicht ist, Dich auf Grund unsrer gemeinsamen Erfahrungen aufzufordern, Dir wohl zu überlegen, wem Du in Deinem späteren Leben trauen darfst, vor wem Du Dich in acht nehmen mußt.

Du möchtest wissen, wie es in der Politik aussieht. Es herrscht größte Uneinigkeit, aber es ist ein ungleicher Kampf. Denn die Männer, die vermöge ihres Reichtums, ihrer militärischen Machtmittel und ihres Einflusses die Oberhand haben, haben es meines Erachtens doch nur dank der Torheit und Unbeständigkeit ihrer

perpaucis adversantibus omnia, quae ne per populum quidem sine seditione se adsequi arbitrabantur, per senatum consecuti sunt; nam et stipendium Caesari decretum est et decem legati, et, ne lege Sempronia succederetur, facile perfectum est. quod ego ad te brevius scribo, quia me status hic rei publicae non delectat; scribo tamen, ut te admoneam, quod ipse litteris omnibus a pueritia deditus experiendo tamen magis quam discendo cognovi, tu tuis rebus integris discas, neque salutis nostrae rationem habendam nobis esse sine dignitate neque dignitatis sine salute.

Quod mihi de filia et de Crassipede gratularis, 11  
agnosco humanitatem tuam speroque et opto nobis hanc coniunctionem voluptati fore.

Lentulum nostrum, eximia spe, summa virtute adulescentem, cum ceteris artibus, quibus studuisti semper ipse, tum in primis imitatione tui fac erudias; nulla enim erit hac praestantior disciplina. quem nos, et quia tuus et quia te dignus est filius et quia nos diligit semperque dilexit, in primis amamus carumque habemus.

## IX.

M. CICERO S. D. P. LENTVLO PROCOS.

De omnibus rebus, quae ad te pertinent, quid actum, 1  
quid constitutum sit, quid Pompeius susceperit, optime ex M. Plaetorio cognosces, qui non solum interfuit iis rebus, sed etiam praefuit neque ullum officium erga te hominis amantissimi, prudentissimi, diligentissimi praetermisit. ex eodem de toto statu rerum communium cognosces. quae quales sint, non facile est scribere. sunt quidem certe in amicorum nostro-



Gegner erreicht, nachgerade auch moralisch überlegen zu sein. So haben sie gegen ganz geringen Widerstand alles, was sie auch beim Volke nur durch Terror glaubten erreichen zu können, im Senat durchgesetzt: Caesar wurde der Sold und die zehn Legaten bewilligt, und leicht ließ es sich verhindern, daß er nach der Lex Sempronia einen Nachfolger bekam. Davon schreibe ich Dir nur so kurz, weil mir der augenblickliche Zustand des Staates nicht behagt; immerhin schreibe ich davon, um meinem Wunsche Ausdruck zu geben, Du mögest, was ich selbst, der ich mich von Jugend auf mit allen Zweigen der Wissenschaft befaßt habe, doch mehr durch Erfahrung als aus Büchern gelernt habe, ohne Schaden zu nehmen, lernen: daß wir weder auf unsre Sicherheit bedacht sein dürfen, ohne an unsre Ehre, noch auf unsre Ehre, ohne an unsre Sicherheit zu denken.

Du beglückwünschst mich zur Verlobung meiner Tochter mit Crassipes; ich nehme Deine Freundlichkeit gern zur Kenntnis und wünsche und hoffe, daß diese Verbindung mir zur Freude ausschlägt.

Unser Lentulus ist ein hoffnungsvoller, vielversprechender junger Mann; laß ihm alle Bildung angedeihen, derer Du Dich selbst stets befeißigt hast, vor allem aber erziehe ihn durch Dein Vorbild, denn eine vorzüglichere Lehre gibt es nicht. Ich halte ihn über alles lieb und wert, weil er Dein Sohn und Deiner würdig ist und mich liebt und stets geliebt hat.

(Rom, Ende [Anfang] Juli 56)

9 (8).

M. Cicero grüßt den Prokonsul P. Lentulus.

Was in all den Fragen, die Dich betreffen, geschehen ist, was beschlossen worden ist, was Pompeius unternommen hat, wirst Du am besten von M. Plaetorius erfahren, der bei allem dabeigewesen ist, ja, eine führende Rolle gespielt hat. Keine Dienstleistung für Dich ist dem lebenswürdigen, klugen, zuverlässigen Manne zuviel gewesen. Auch über den ganzen Stand der Dinge im allgemeinen wirst Du von ihm hören. Wie es damit steht, läßt sich brieflich kaum schildern. Unsre „Freunde“ haben das Heft fest in der Hand,

rum potestate, atque ita, ut nullam mutationem umquam hac hominum aetate habitura res esse videatur.

Ego quidem, ut debeo et ut tute mihi praecepisti et <sup>2</sup> ut me pietas utilitasque cogit, me ad eius rationes adiungo, quem tu in meis rationibus tibi esse adiungendum putasti. sed te non praeterit, quam sit difficile sensum in re publica, praesertim rectum et confirmatum, deponere. verum tamen ipse me conformo ad eius voluntatem, a quo honeste dissentire non possum, neque id facio, ut forsitan quibusdam videar, simulatione; tantum enim animi inductio et mercule amor erga Pompeium apud me valet, ut, quae illi utilia sunt et quae ille vult, ea mihi omnia iam et recta et vera videantur; neque, ut ego arbitror, errarent ne adversarii quidem eius, si, cum pares esse non possent, pugnare desisterent.

Me quidem etiam illa res consolatur, quod ego is <sup>3</sup> sum, cui vel maxime concedant omnes, ut vel ea defendam, quae Pompeius velit, vel taceam vel etiam, id quod mihi maxime libet, ad nostra me studia referam litterarum; quod profecto faciam, si mihi per eiusdem amicitiam licebit. quae enim proposita fuerat nobis, cum et honoribus amplissimis et laboribus maximis perfuncti essemus, dignitas in sententiis dicendis, libertas in re publica capessenda, ea sublata totast, nec mihi magis quam omnibus; nam aut adsentiendum est nulla cum gravitate paucis aut frustra dissentiendum.

Haec ego ad te ob eam causam maxime scribo, ut <sup>4</sup> iam de tua quoque ratione meditare. commutata tota ratio est senatus, iudiciorum, rei totius publicae; otium nobis exoptandum est, quod ii, qui potiuntur rerum, praestaturi videntur, si quidam homines patientius eorum potentiam ferre potuerint; dignitatem quidem illam consularem fortis et constantis senatoris nihil est quod cogitemus; amissa culpa est eorum, qui a senatu et ordinem coniunctissimum et hominem clarissimum abalienarunt.

und zwar so, daß zu unsern Lebzeiten niemals eine Änderung eintreten zu können scheint.

Was mich betrifft, so schließe ich mich, wie ich muß und wie auch Du es mir nahegelegt hast, wie es Pflichtgefühl und persönlicher Vorteil von mir fordert, dem Manne an, den auch Du, als es um mich ging, für Dich gewinnen zu müssen glaubtest. Aber Du kannst Dir denken, wie schwierig es ist, seine politische Gesinnung, zumal wenn sie ehrlich und festgegründet ist, zu verleugnen. Jedoch passe ich mich dessen Wünschen an, mit dem ich anstandshalber nicht uneins sein darf, und tue das nicht, wie manche vielleicht glauben könnten, aus Heuchelei; vielmehr ist der Trieb meines Herzens, meine Liebe zu Pompeius wirklich so stark, daß mir nachgerade alles, was ihm nützt und was er wünscht, recht und gut erscheint, und auch seine Gegner täten, glaube ich, besser daran, wenn sie aufhörten, ihn zu bekämpfen, wo sie ihm doch nicht die Stirn bieten können.

Und noch ein Zweites tröstet mich: ich bin ein Mensch, dem alle noch am ehesten zugestehen, entweder für Pompeius' Wünsche einzutreten oder zu schweigen oder auch, was mir persönlich das liebste wäre, mich auf meine literarische Tätigkeit zurückzuziehen, und das werde ich gewiß auch tun, wenn seine Freundschaft es mir gestattet. Denn was mir vorschwebte, als ich die höchsten Ehrenstellungen erreicht und ansehnliche Leistungen vollbracht hatte, Ehrerbietung, wenn ich meine Meinung äußerte, und freie Betätigung im politischen Leben, damit ist es endgültig aus, und nicht nur für mich, sondern für alle. Denn es gibt nur noch zweierlei: entweder den Wenigen bedenkenlos zuzustimmen oder fruchtlos zu opponieren.

Dies schreibe ich Dir vor allem deshalb, damit auch Du Dir rechtzeitig überlegen kannst, wie Du Dich einrichten willst. Der Senat, die Rechtspflege, das gesamte Staatswesen, alles ist ganz anders geworden. Einzig Ruhe sollten wir uns wünschen, und es scheint, als ob die Machthaber sie gewährleisten würden, wenn gewisse Leute sich geduldiger ihrer Macht beugen könnten. Von konsularischer Würde eines entschlossenen, standhaften Senators, wie einst, kann keine Rede mehr sein; sie ist dahin, und schuld daran sind die Herren, die dem Senat den ihm treu ergebenen Ritterstand und den bedeutendsten Mann entfremdet haben.

Sed ut ad ea, quae coniunctiora rebus tuis sunt, 5  
 revertar, Pompeium tibi valde amicum esse cognovi,  
 et eo tu consule, quantum ego perspicio, omnia, quae  
 voles, obtinebis, quibus in rebus me sibi ille adfixum  
 habebit, neque a me ulla res, quae ad te pertineat,  
 neglegetur; neque enim verebor, ne sim ei molestus,  
 cui iucundum erit etiam propter te ipsum, quom me  
 esse gratum videbit. tu velim tibi ita persuadeas, nul- 6  
 lam rem esse minimam, quae ad te pertineat, quae  
 mihi non carior sit quam meae res omnes; idque cum  
 sentiam, sedulitate mihimet ipse satis facere possum,  
 re quidem ipsa ideo mihi non satis facio, quod nullam  
 partem tuorum meritorum non modo referenda, sed  
 ne cogitanda quidem gratia consequi possum.

Rem te valde bene gessisse rumor erat; exspecta- 7  
 bantur litterae tuae, de quibus eramus iam cum Pom-  
 peio locuti. quae si erunt allatae, nostrum studium  
 exstabit in conveniendis magistratibus et senatoribus,  
 ceteraque, quae ad te pertinebunt, cum etiam plus  
 contenderimus quam possumus, minus tamen facie-  
 mus quam debemus.

## X.

## M. CICERO S. D. LENTVLO IMP.

Periucundae mihi fuerunt litterae tuae, quibus intel- 1  
 lexi te perspicere meam in te pietatem; quid enim  
 dicam benevolentiam, cum illud ipsum gravissimum  
 et sanctissimum nomen pietatis levius mihi meritis  
 erga me tuis esse videatur? quod autem tibi grata mea  
 erga te studia scribis esse, facis tu quidem abundantia  
 quadam amoris, ut etiam grata sint ea, quae praeter-  
 mitti sine nefario scelere non possunt. tibi autem mul-  
 to notior atque inlustrior meus in te animus esset, si  
 hoc tempore omni, quo diiuncti fuimus, et una et  
 Romae fuisset. nam in eo ipso, quod te ostendis 2  
 esse facturum quodque et in primis potes et ego a te

Aber um auf die Dinge zurückzukommen, die Deine Interessen unmittelbar berühren: Pompeius ist Dir, wie ich feststellen konnte, sehr zugetan, und unter seinem Konsulat wirst Du, soweit ich es übersehe, alles durchsetzen, was Du wünschst. In diesen Dingen werde ich ihm nicht von der Seite gehen, und nichts, was Dir dienlich sein könnte, wird von mir außer acht gelassen werden. Denn ich brauche nicht zu befürchten, ihm lästig zu fallen; vielmehr wird es ihm schon um Deinetwillen Freude machen, wenn er sieht, daß ich dankbar bin. Sei bitte überzeugt, daß die geringste Kleinigkeit, sofern sie Dich betrifft, mir wichtiger ist als alle meine eigenen Belange, und da ich so fühle und denke, könnte ich, was Emsigkeit angeht, mit mir selbst zufrieden sein, bin es aber in Wirklichkeit deswegen nicht, weil ich Deine Verdienste um mich weder in tätiger Dankbarkeit noch auch nur in dankbarer Gesinnung im entferntesten zu erreichen vermag.

Hier hört man, daß Du eine wahre Heldentat vollbracht hast, und erwartet Deinen Bericht, über den ich bereits mit Pompeius gesprochen habe. Nach seinem Eintreffen werde ich eifrig bemüht sein, Beamte und Senatoren zu bearbeiten und alles, was Dir sonst noch dienlich ist, trotz übermenschlicher Anstrengung doch immer noch nicht so betreiben, wie ich eigentlich müßte.

(Rom, Anfang 55 [Ende 56])

10 (9).

M. Cicero grüßt den Imperator Lentulus.

Dein Brief hat mich sehr erfreut; ersehe ich doch aus ihm, daß Du erkennst, wie stark ich mich Dir verpflichtet fühle. Denn wie könnte ich nur von „Wohlwollen“ reden, wo selbst das ehrwürdige, geheiligte Wort „Verpflichtung“ mir angesichts Deiner Verdienste um mich noch allzu nichtssagend erscheint? Und wenn Du schreibst, mein Interesse für Dich verpflichte Dich zu Dank, so zeigt sich darin ein Übermaß von Liebe, wenn sogar das zu Dank verpflichtet, was ich, ohne mich schwer zu versündigen, gar nicht unterlassen darf. Übrigens würde Dir mein Verhältnis zu Dir viel deutlicher kenntlich sein, wenn wir diese ganze Zeit über, in der wir getrennt waren, beieinander und in Rom gewesen wären. Denn gerade in dem, was Du offensichtlich zu tun gewillt bist, wozu Du in erster

vehementer exspecto, in sententiis senatoriis et in omni actione atque administratione rei publicae floruissemus – de qua ostendam equidem paulo post, qui sit meus sensus et status, et rescribam tibi ad ea, quae quaeris –; sed certe et ego te auctore amicissimo ac sapientissimo et tu me consiliario fortasse non imperitissimo, fideli quidem et benevolo certe usus esses. quamquam tua quidem causa te esse imperatorem provinciamque bene gestis rebus cum exercitu victore obtinere, ut debeo, laetor; sed certe, qui tibi ex me fructus debentur, eos uberiores et praesentiores praesens capere potuisses; in eis vero ulciscendis, quos tibi partim inimicos esse intellegis propter tuam propugnationem salutis meae, partim invidere propter illius actionis amplitudinem et gloriam, mirificum me tibi comitem praebuissem; quamquam ille perennis inimicus amicorum suorum, qui tuis maximis beneficiis ornatus in te potissimum fractam illam et debilitatam vim suam contulit, nostram vicem ultus est ipse sese. ea est enim conatus, quibus patefactis nullam sibi in posterum non modo dignitatis sed ne libertatis quidem partem reliquit. te autem etsi mallet in meis 3 rebus expertum quam etiam in tuis, tamen in molestia gaudeo eam fidem cognosse hominum non ita magna mercede, quam ego maximo dolore cognoram. de qua ratione tota iam videtur mihi exponendi tempus dari, ut tibi rescribam ad ea, quae quaeris.

Certio rem te per litteras scribis esse factum me cum 4 Caesare et cum Appio esse in gratia teque id non reprehendere adscribis; Vatinius autem scire te velle ostendis quibus rebus adductus defenderim et laudarim. quod tibi ut planius exponam, altius paulo rationem consiliorum meorum repetam necesse est.

Ego me, Lentule, † initio rerum atque actionum tuarum non solum meis sed etiam rei publicae restitutum

Linie befähigt bist und was ich bestimmt von Dir erwarte, in den Senatsdebatten, in jeder politischen Tätigkeit, in der Staatsleitung hätten wir gegläntzt – wie ich darüber denke und wie ich mich dazu stelle, werde ich Dir nachher darlegen und Deine Fragen beantworten –, also auf jeden Fall hätte ich an Dir einen liebenswürdigen, klugen Führer und Du an mir einen vielleicht nicht ganz unerfahrenen, sicherlich aber getreuen, wohlgesinnten Berater gehabt. Freilich freue ich mich selbstverständlich um Deinetwillen, daß Du Imperator bist und nach ruhmreichen Taten mit Deiner siegreichen Armee eine Provinz verwaltest; aber den Dank, den ich Dir schulde, hättest Du in reicherm Maße und unmittelbarer ernten können, wenn Du hier wärest, und bei der Rache an denjenigen, die Dir, wie Du weißt, entweder wegen Deines mannhaften Eintretens für meine Begnadigung feind sind oder Dich wegen der Großartigkeit dieser Aktion und ihres ruhmvollen Verlaufs beneiden, hätte ich mich als wunderbarer Freund und Helfer bewährt. Allerdings, jener ewige Feind seiner Freunde, der, obwohl Du ihn außerordentlich gefördert hattest, gerade an Dir seine bereits gebrochene und geschwächte Kraft ausgelassen hat, hat sich für das, was er uns angetan hat, schon selbst gestraft. Denn wenn zutage kommt, was er versucht hat, bleibt ihm für die Zukunft auch nicht ein Deut von Würde und Bewegungsfreiheit. Gewiß wäre es mir lieber, Du hättest nur an meinem Schicksal und nicht auch persönlich erfahren, wie es um die Zuverlässigkeit der Leute bestellt ist; immerhin freue ich mich trotz allen Bedauerns, daß Dir diese Erfahrung nicht so teuer zu stehen gekommen ist wie leider mir dereinst. Mir scheint, es bietet sich hier die beste Gelegenheit, diese ganze Frage einmal aufzurollen und damit zugleich Dir auf Deine Fragen zu antworten.

Du schreibst, man habe Dich brieflich davon in Kenntnis gesetzt, daß ich mich mit Caesar und Appius ausgesöhnt hätte, und fügst hinzu, Du habest daran nichts auszusetzen, nur möchtest Du wissen, was mich veranlaßt habe, Vatinius zu verteidigen und herauszustreichen. Um Dir das einigermaßen plausibel zu machen, muß ich mich ein wenig eingehender über den Gang meiner Politik auslassen.

Mein lieber Lentulus! Anfangs glaubte ich, mit Hilfe der Verhältnisse und Deiner Maßnahmen nicht nur meinen Lieben, son-

putabam et, quoniam tibi incredibilem quandam amorem et omnia in te ipsum summa ac singularia studia deberem, rei publicae, quae te in me restituendo multum adiuvisset, eum certe me animum merito ipsius debere arbitrabar, quem antea tantum modo communi officio civium, non aliquo erga me singulari beneficio debitum praestitisssem. hac me mente fuisse et senatus ex me te consule audivit et tu in nostris sermonibus conlocutionibusque vidisti. etsi iam primis 5 temporibus illis multis rebus meus offendebar animus, cum te agente de reliqua nostra dignitate aut occulta non nullorum odia aut obscura in me studia cernebam; nam neque de monimentis meis ab iis adiutus es, a quibus debuisti, neque de vi nefaria, qua cum fratre eram domo expulsus, neque hercule in iis ipsis rebus, quae quamquam erant mihi propter rei familiaris naufragia necessariae, tamen a me minimi putabantur, in meis damnis ex auctoritate senatus sarcien- dis eam voluntatem, quam exspectaram, praestiterunt. quae cum viderem – neque erant obscura –, non tamen tam acerba mihi haec accidebant, quam erant illa grata, quae fecerant. itaque, quamquam et Pompeio pluri- 6 mum te quidem ipso praedicatore ac teste debebam et eum non solum beneficio, sed amore etiam et perpetuo quodam iudicio meo diligebam, tamen non reputans, quid ille vellet, in omnibus meis sententiis de re publica pristinis permanebam. ego sedente Cn. 7 Pompeio, cum, ut laudaret P. Sestium, introisset in urbem dixissetque testis Vatinius me fortuna et felicitate C. Caesaris commotum illi amicum esse coepisse, dixi me M. Bibuli fortunam, quam ille adflictam putaret, omnium triumphis victoriisque anteferre, dixique eodem teste alio loco eosdem esse, qui Bibulum exire domo prohibuissent et qui me coegissent; tota vero interrogatio mea nihil habuit nisi reprehensionem illius



dern auch dem Staate wiedergegeben zu sein, und weil ich Dir schier ungläubliche Liebe schuldete und mich zu lauter ganz außergewöhnlichen Dienstleistungen Dir gegenüber verpflichtet fühlte, glaubte ich auch dem Staate gegenüber, der Dich doch bei meiner Wiederherstellung tatkräftig unterstützt hatte, verdienstermaßen eine Gesinnung zeigen zu müssen, wie ich sie zuvor nur aus bürgerlichem Gemeinsinn, nicht aus Dankbarkeit für eine besondere mir erwiesene Wohltat gezeigt hatte. Daß dies mein Standpunkt war, hat der Senat unter Deinem Konsulat vernommen und hast Du aus unsern Gesprächen und Unterhaltungen ersehen. Allerdings nahm ich schon in jenen ersten Tagen Anstoß an vielen Dingen, als ich, während Du Dich um die endgültige Wiederherstellung meiner Würde bemühtest, bei einigen Leuten versteckten Haß oder ein nur laues Interesse für mich wahrnahm. Denn weder bezüglich meiner Bauten fandest Du bei denen Unterstützung, die dazu verpflichtet gewesen wären, noch bezüglich der ruchlosen Gewalttat, die mich und meinen Bruder aus unsern Wohnungen vertrieben hatte, und gerade auch bei den Fragen, die für mich wegen des Zusammenbruchs meines Vermögens von Bedeutung waren, wenn ich sie auch an sich nicht allzu hoch ansah, bei der mir durch Senatsbeschluß zu gewährenden Entschädigung zeigten sie nicht die von mir erwartete Bereitwilligkeit. Das merkte ich zwar, und es lag ja auch klar zutage; aber es traf mich doch nicht so schwer, daß ich nicht dankbar anerkannt hätte, was sie sonst für mich getan hatten. Obwohl ich also, wie Du selbst eindeutig bezeugtest, Pompeius stark verpflichtet war und ihn nicht nur aus Erkenntlichkeit, sondern aus echter Liebe und ganz unerschütterlicher Überzeugung verehrte, habe ich doch ohne Rücksicht auf seine Wünsche meine alte politische Überzeugung in keinem Punkte aufgegeben. Cn. Pompeius war in die Stadt gekommen, um für P. Sestius zu zeugen, und er saß dabei, als Vatinius bei der Zeugenvernehmung erklärte, daß ich unter dem Eindruck des Glücks und der Erfolge C. Caesars mich zur Freundschaft mit ihm bekannt hätte; ich erwiderte, ich stellte Bibulus' seiner Ansicht nach deprimierendes Schicksal weit über aller Triumphe und Siege. Ebenso kann er bezeugen, daß ich an anderer Stelle gesagt habe, es seien dieselben Leute, die Bibulus gehindert hätten, sein Haus zu verlassen, und mich dazu ge-

tribunatus. in quo omnia dicta sunt libertate animoque maximo de vi, de auspiciis, de donatione regnorum, neque vero hac in causa modo, sed constanter saepe in senatu. quin etiam Marcellino et Philippo consulibus Non. April. mihi est senatus adsensus, ut de agro Campano frequenti senatu Id. Maiis referretur. num potui magis in arcem illius causae invadere aut magis oblivisci temporum meorum, meminisse actionum?

Hac a me sententia dicta magnus animorum motus est factus cum eorum, quorum oportuit, tum illorum etiam, quorum numquam putaram. nam hoc senatus consulto in meam sententiam facto Pompeius, cum mihi nihil ostendisset se esse offensus, in Sardiniam et in Africam profectus est eoque itinere Lucam ad Caesarem venit. ibi multa de mea sententia questus est Caesar, quippe qui etiam Ravennae Crassum ante vidisset ab eoque in me esset incensus. sane moleste Pompeium id ferre constabat; quod ego cum audissem ex aliis, maxime ex meo fratre cognovi. quem cum in Sardinia Pompeius paucis post diebus, quam Luca discesserat, convenisset, 'te,' inquit, 'ipsum cupio; nihil opportunius potuit accidere. nisi cum Marco fratre diligenter egeris, dependendum tibi est, quod mihi pro illo spondidisti.' quid multa? questus est graviter; sua merita commemoravit; quid egisset saepissime de actis Caesaris cum ipso meo fratre quidque sibi is de me recepisset, in memoriam redegit seque, quae de mea salute egisset, voluntate Caesaris egisse ipsum meum fratrem testatus est. cuius causam dignitatemque mihi ut commendaret, rogavit, ut eam ne oppugnarem, si nollem aut non possem tueri.

Haec cum ad me frater pertulisset et cum tamen Pompeius ad me cum mandatis Vibullium misisset, ut

zwungen hätten. Im übrigen befaßte sich mein ganzes Kreuzverhör nur mit Vorwürfen wegen seines Tribunats. Dabei habe ich kein Blatt vor den Mund genommen und unbeirrt alles vorgebracht, die Gewalttätigkeiten, die Auspizien, die Verschleuderung von Königreichen. Und so nicht nur bei diesem Prozeß, sondern ebenso beharrlich mehrfach auch im Senat. Noch am 5. April im Konsulatsjahr des Marcellus und Philippus hat der Senat einem Antrag von mir zugestimmt, am 15. Mai in einer Vollversammlung den Ager Campanus zur Debatte zu stellen. Konnte ich entschiedener in die Zitadelle der Machthaber vorstoßen, mehr meine schlimmen Erlebnisse vergessen und an meine glänzende Vergangenheit denken?

Dieser mein Antrag schlug wie ein Blitz ein, sowohl da, wo er sollte, als auch bei denen, von denen ich es nie erwartet hätte. Denn nach dem auf meinen Antrag hin ergangenen Senatsbeschluß begab sich Pompeius, ohne mir gegenüber merken zu lassen, daß er sich verletzt fühlte, nach Sardinien und Afrika und traf sich unterwegs in Luca mit Caesar. Dort beklagte sich Caesar bitter über meinen Antrag; er hatte ja auch schon vorher in Ravenna mit Crassus gesprochen und sich von ihm gegen mich aufhetzen lassen. Natürlich war Pompeius äußerst unangenehm berührt davon; das hörte ich von andern, erfuhr es aber vornehmlich von meinem Bruder. Als Pompeius ihn wenige Tage nach seinem Weggange von Luca traf, sagte er zu ihm: „Du kommst mir gerade recht; günstiger konnte ich es gar nicht treffen. Wenn du dir deinen Bruder Marcus nicht energisch vornimmst, mußt du zahlen, wofür du dich bei mir für ihn verbürgt hast!“ Kurz, er beklagte sich bitter, wies auf seine Verdienste um mich hin, erinnerte daran, wie er oft genug mit meinem Bruder selbst über Caesars Maßnahmen gesprochen und wie er sich für mich verbürgt habe, und rief meinen Bruder selbst zum Zeugen an, daß er alles, was er zu meiner Begnadigung getan habe, nur im Einvernehmen mit Caesar habe tun können. Er bat ihn, mir Caesars Interessen und Würde ans Herz zu legen; ich solle sie wenigstens nicht bekämpfen, wenn ich schon nicht für sie eintreten wolle oder könne.

So berichtete mir mein Bruder. Trotzdem hielt es Pompeius für nötig, mir noch den Vibullius zu schicken mit dem Auftrag, in der

integrum mihi de causa Campana ad suum reditum reservarem, conlegi ipse me et cum ipsa quasi re publica conlocutus sum, ut mihi tam multa pro se perpresso atque perfuncto concederet, ut officium meum memoremque in bene meritos animum fidemque fratris mei praestarem, eumque, quem bonum civem semper habuisset, bonum virum esse pateretur. in illis autem meis actionibus sententiisque omnibus, quae Pompeium videbantur offendere, certorum hominum, quos iam debes suspicari, sermones referebantur ad me, qui, cum illa sentirent in re publica, quae ego agebam, semperque sensissent, me tamen non satis facere Pompeio Caesaremque inimicissimum mihi futurum gaudere se aiebant. erat hoc mihi dolendum, sed multo illud magis, quod inimicum meum – meum autem? immo vero legum, iudiciorum, otii, patriae, bonorum omnium – sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fovebant, sic me praesente osculabantur, non quidem ut mihi stomachum facerent, quem ego funditus perdidit, sed certe ut facere se arbitrarentur. hic ego, quantum humano consilio efficere potui, circumspectis rebus meis omnibus rationibusque subductis summam feci cogitationum mearum omnium; quam tibi, si potero, breviter exponam.

Ego si ab improbis et perditis civibus rem publicam 11  
teneri viderem, sicut et Cinneis temporibus scimus et non nullis aliis accidisse, non modo praemiis, quae apud me minimum valent, sed ne periculis quidem compulsus ullis, quibus tamen moventur etiam fortissimi viri, ad eorum causam me adiungerem, ne si summa quidem eorum in me merita constarent. cum autem in re publica Cn. Pompeius princeps esset vir, is qui hanc potentiam et gloriam maximis in rem publicam meritis praestantissimisque rebus gestis esset consecutus, cuiusque ego dignitatis ab adolescentia fautor, in praetura autem et in consulatu adiutor etiam exstitissem, cumque idem auctoritate et sententia per

campanischen Angelegenheit bis zu seiner Rückkehr nichts weiter zu unternehmen. Da ging ich in mich und besprach mich gleichsam mit dem Staate selbst, er möge mir, der ich so viel für ihn getan und durchlitten hätte, gestatten, meinen Verpflichtungen nachzukommen, mich gegen die, die sich um mich so verdient gemacht hätten, erkenntlich zu erweisen, das Wort meines Bruders einzulösen und es zu dulden, daß derjenige, an dem er stets einen braven Bürger gehabt habe, auch ein Ehrenmann sei. Über alle meine Handlungen und Anträge, die Pompeius anscheinend nicht paßten, kamen mir Äußerungen bestimmter Herren zu Ohren – wen ich meine, kannst Du Dir wohl schon denken –, die zwar meinen politischen Standpunkt teilten und immer geteilt hatten, jedoch ihrer Freude Ausdruck gaben, daß ich Pompeius nicht Genüge täte und mich mit Cæsar aufs ärgste verfeinden würde. Ich war mit Recht empört, noch mehr aber darüber, daß sie meinem persönlichen Gegner – „meinem“ sage ich? – nein, dem Feinde der Gesetze, der Gerichte, des Friedens, des Vaterlandes, aller Guten so um den Bart gingen, ihn so auf den Händen trugen, verhätschelten, in meiner Gegenwart abküßten, daß sie mir zwar nicht die Galle erregten – dies Organ ist bei mir restlos verschwunden –, sich aber jedenfalls einbildeten, sie täten es. Da habe ich, soweit menschliche Klugheit es vermag, meine ganze Lage überdacht, habe Posten unter Posten gerückt und die Bilanz all meiner Erwägungen gezogen. Sie will ich Dir, wenn möglich, in aller Kürze darlegen.

Wenn ich den Staat in der Hand ruchloser, verworfener Bürger sähe, wie es bekanntlich zu Cinnas Zeiten und auch sonst manchmal der Fall gewesen ist, würde ich mich weder durch Belohnungen, mit denen man bei mir am allerwenigsten erreicht, noch auch durch Gefahren, die doch sogar mutige Männer beeindrucken, bestimmen lassen, mich ihrer Sache zu verschreiben, nicht einmal, wenn sie die größten Verdienste um mich aufzuweisen hätten. Nun war aber Cn. Pompeius der erste Mann im Staate, er, der seine Macht und seinen Ruhm durch höchste Verdienste um den Staat und hervorragende Taten erworben hatte, dessen Aufstieg ich von Jugend an mit Wohlwollen verfolgt und als Prätor und Konsul gefördert hatte. Er hatte für sich allein durch sein gewichtiges Wort, mit Dir vereint durch Rat und Tat meine Interessen vertreten und sah in

se, consiliis et studiis tecum me adiuvisset meumque inimicum unum in civitate haberet inimicum, non putavi famam inconstantiae mihi pertimescendam, si quibusdam in sententiis paulum me inmutassem meamque voluntatem ad summi viri de meque optime meriti dignitatem adgregassem.

In hac sententia complectendus erat mihi Caesar, ut 12  
 vides, in coniuncta et causa et dignitate. hic multum  
 valuit cum vetus amicitia, quam tu non ignoras mihi  
 et Quinto fratri cum Caesare fuisse, tum humanitas  
 eius ac liberalitas brevi tempore et litteris et officiis  
 perspecta nobis et cognita. vehementer etiam res ipsa  
 publica me movit, quae mihi videbatur contentionem,  
 praesertim maximis rebus a Caesare gestis, cum illis  
 viris nolle fieri et, ne fieret, vehementer recusare. gra-  
 vissime autem me in hac mente impulit et Pompei fides,  
 quam de me Caesari dederat, et fratris mei, quam  
 Pompeio. erant praeterea haec animadvertenda in  
 civitate, quae sunt apud Platonem nostrum scripta  
 divinitus, quales in re publica principes essent, talis  
 reliquos solere esse civis. tenebam memoria nobis con-  
 sulum ea fundamenta iacta iam ex Kal. Ian. confir-  
 mandi senatus, ut neminem mirari oporteret Non.  
 Dec. tantum vel animi fuisse in illo ordine vel auc-  
 toritatis, idemque memineram nobis privatis usque ad  
 Caesarem et Bibulum consules, cum sententiae nostrae  
 magnum in senatu pondus haberent, unum fere sen-  
 sum fuisse bonorum omnium. postea, cum tu Hispania 13  
 citeriorem cum imperio obtineres neque res  
 publica consules haberet, sed mercatores provincia-  
 rum et seditionum servos ac ministros, iecit quidam  
 casus caput meum quasi certaminis causa in mediam  
 contentionem dissensionemque civilem. quo in dis-  
 crimine cum mirificus senatus, incredibilis Italiae  
 totius, singularis omnium bonorum consensus in me  
 tuendo exstitisset, non dicam, quid acciderit – multo-

meinem Feinde seinen einzigen Gegner in der Bürgerschaft. Da meinte ich nicht befürchten zu brauchen, in den Ruf der Unbeständigkeit zu kommen, wenn ich mich bei manchen Fragen ein wenig mauserte und die Würde des erlauchten, um mich hochverdienten Mannes zur Richtschnur meiner Entschlüsse machte.

Bei dieser Haltung mußte ich, wie Du siehst, mein Verhältnis zu Caesar in Rechnung stellen, dessen Sache und Würde mit hineinspielte. Dabei fiel die alte Freundschaft stark ins Gewicht, die, wie Du weißt, mich und meinen Bruder Quintus mit Caesar verband, aber auch sein herzgewinnendes Entgegenkommen, das wir erst kürzlich wieder durch Liebesdienste und freundliche Briefe erprobt und erfahren haben. Auch der Staat selbst sprach entschieden mit, der mir zumal nach Caesars gewaltigen Erfolgen einen Kampf mit den beiden Männern nicht zu wollen und sich mit Händen und Füßen dagegen zu wehren schien. Am entschiedensten aber bestimmte meinen Standpunkt die Bürgerschaft, die Pompeius Caesar und mein Bruder Pompeius gegenüber eingegangen war. Außerdem war im Staatsleben das geniale Wort zu bedenken, das bei unserm Plato geschrieben steht: wie im Staate die Führer sind, so sind zumeist auch alle andern Bürger. Ich war mir bewußt, daß ich in meinem Konsulat gleich von Neujahr an die Fundamente zur Stärkung des Senats gelegt hatte und sich somit niemand zu wundern brauchte, als am 5. Dezember unsre Körperschaft so viel Mut und Haltung aufbrachte; ebenso dachte ich daran, daß nach meinem Rücktritt vom Amte bis zu Caesars und Bibulus' Konsulat, als meine Stimme im Senat großes Gewicht besaß, alle Guten nahezu eines Sinnes waren. Hernach, als Du noch Hispania Citerior verwaltetest, an der Spitze des Senats aber nicht Konsuln, sondern Verschacherer von Provinzen und Sklaven und Handlanger des Aufruhrs standen, da warf ein Zufall mein Haupt gleichsam als Zankapfel mitten in den erbitterten Kampf der Parteien. Und als in diesem entscheidenden Augenblick der Senat, ganz Italien, alle Guten in wunderbarer, kaum glaublicher, beispielloser Einmütigkeit zu meinem Schutze bereit waren – nun, was da geschah, will ich nicht erörtern, denn viele sind schuldig, der eine so, der andre so; nur kurz soviel: an einer Armee fehlte es mir nicht, es fehlten

rum est enim et varia culpa –, tantum dicam brevi, non mihi exercitum sed duces defuisse. in quo ut iam sit in iis culpa, qui me non defenderunt, non minor est in iis, qui reliquerunt, et, si accusandi sunt, si qui pertimuerunt, magis etiam reprehendendi, si qui se timere simularunt. illud quidem certe nostrum consilium iure laudandum est, qui meos cives et a me conservatos et me servare cupientis spoliatos ducibus servis armatis obici noluerim declararique maluerim, quanta vis esse potuisset in consensu bonorum, si iis pro me stante pugnare licuisset, cum adflictum excitare potuissent; quorum quidem animum tu non perspexisti solum, cum de me ageres, sed etiam confirmasti atque tenuisti. qua in causa – non modo non negabo, 14 sed etiam semper et meminero et praedicabo libenter – usus es quibusdam nobilissimis hominibus fortioribus in me restituendo, quam fuerant idem in tenendo. qua in sententia si constare voluissent, suam auctoritatem simul cum salute mea reciperassent. recreatis enim bonis viris consulatu tuo et constantissimis atque optimis actionibus tuis excitatis, Cn. Pompeio praesertim ad causam adiuncto, cum etiam Caesar rebus maximis gestis singularibus ornatus et novis honoribus ac iudiciis senatus ad auctoritatem eius ordinis adiungeretur, nulli improbo civi locus ad rem publicam violandam esse potuisset.

Sed attende, quaeso, quae sint consecuta. primum 15 illa furia muliebrium religionum, qui non pluris fecerat Bonam deam quam tris sorores, impunitatem est illorum sententiis adsecutus, qui, cum tr. pl. poenas a seditioso civi per bonos viros iudicio persequi vellet, exemplum praeclarissimum in posterum vindicandae seditionis de re publica sustulerunt, idemque postea non meum monumentum – non enim illae manubiae



nur die Führer. Mag die Schuld schon bei denen liegen, die mich nicht verteidigt haben, nicht geringer ist das Verschulden derer, die mich im Stiche gelassen haben; und wenn jemand Angst hatte und deshalb Tadel verdient – noch viel schlimmer haben sich diejenigen vergangen, die nur so taten, als hätten sie Angst. Auf jeden Fall verdient mein damaliger Entschluß uneingeschränktes Lob, daß ich meine Mitbürger, die ich einst gerettet hatte und die mich zu retten wünschten, sich aber der Führer beraubt sahen, nicht bewaffneten Sklavenhorden entgegenwerfen wollte und es mir nur darauf ankam zu beweisen, welche Kampfkraft der einmütige Wille der Guten hätte entwickeln können, wenn sie für mich hätten kämpfen dürfen, als ich noch aufrecht stand, wo sie mich, als ich am Boden lag, haben wiederaufrichten können. Was in ihnen steckte, hast Du erfahren, als Du für mich eintratest, ja, hast sie bestärkt und gestützt. Dabei hat sich Dir – das will ich gar nicht leugnen und stets im Gedächtnis behalten und dankbar anerkennen – eine Reihe hochadliger Männer tapferer erwiesen, als es um meine Wiederherstellung ging, denn damals, als es galt, mich zu halten. Wenn sie diese Haltung weiterhin hätten wahren wollen, dann hätten sie zugleich mit meiner Rettung ihr altes Ansehen wiedergewonnen. Denn durch Dein Konsulat waren die Guten wieder zu Kräften gekommen und durch Dein unerschütterliches, treffliches Wirken aufgerichtet worden, zumal auch Cn. Pompeius sich für die Sache gewinnen ließ, während sogar Caesar, nach gewaltigen Erfolgen vom Senat mit einzigartigen, unerhörten ehrenden Kundgebungen bedacht, sich bereit fand, die Autorität unsrer Körperschaft anzuerkennen. Da hätte kein ruchloser Bürger einen Ansatzpunkt für seine Machenschaften gegen den Staat gefunden.

Aber bedenke bitte, was dann geschah! Zunächst erhielt der Schänder von Frauenkulten, der die Bona Dea mit seinen drei Schwestern auf eine Stufe gestellt hatte, durch ihre Stimmen Strafllosigkeit. Als der Volkstribun den Aufrührer mit Hilfe der Guten gerichtlich belangen wollte, haben sie den Staat um ein für alle Zukunft eklatantes Beispiel gebracht, wie Aufruhr gesühnt werden muß. Ebenso haben sie es hernach geschehen lassen, daß ein Monument – nicht mein Monument, denn es handelte sich ja nicht um Beutestücke von mir; mir lag nur die Verdingung der Arbeit ob –

meae, sed operis locatio mea fuerat –, monumentum vero senatus hostili nomine et cruentis inustum litteris esse passi sunt. qui me homines quod salvum esse voluerunt, est mihi gratissimum; sed vellem non solum salutis meae quem ad modum medici, sed ut aliptae etiam virium et coloris rationem habere voluissent. nunc, ut Apelles Veneris caput et summa pectoris politissima arte perfecit, reliquam partem corporis incohatam reliquit, sic quidam homines in capite meo solum elaborarunt, reliquum corpus imperfectum ac rude reliquerunt.

In quo ego spem fefelli non modo invidorum, sed <sup>16</sup> etiam inimicorum meorum, qui de uno acerrimo et fortissimo viro meoque iudicio omnium magnitudine animi et constantia praestantissimo, Q. Metello L. f., quondam falsam opinionem acceperunt, quem post reditum dictitant fracto animo et demisso fuisse – est vero probandum, qui et summa voluntate cesserit et egregia animi alacritate afuerit neque sane redire curarit, eum ob id ipsum fractum fuisse, in quo cum omnes homines tum M. illum Scaurum, singularem virum, constantia et gravitate superasset! – sed, quod de illo acceperant aut etiam suspicabantur, de me idem cogitabant, abiectiore animo me futurum, cum res publica maiorem etiam mihi animum, quam umquam habuissem, daret, quom declarasset se non potuisse me uno civi carere, cumque Metellum unius tr. pl. rogatio me universa res publica duce senatu, comitante Italia, promulgantibus omnibus magistratibus, referente te consule, comitiis centuriatis, cunctis ordinibus, hominibus incumbentibus, omnibus denique suis viribus reciperavisset.

Neque vero ego mihi postea quicquam adsumpsi <sup>17</sup> neque hodie adsumo, quod quemquam malevolentis-

also ein Monument des Senats mit dem Namen des Staatsfeindes in blutigen Lettern verunstaltet blieb. Daß diese Herren mich heil und gesund sehen wollten, ist ja sehr liebenswürdig, aber ich wollte, sie hätten sich herbeigelassen, nicht nur wie die Ärzte auf mein Leben, sondern auch wie die Heilgymnastiker auf die Wiederherstellung der Körperkräfte und einer gesunden Gesichtsfarbe Bedacht zu nehmen. Jetzt aber haben gewisse Herren, wie Apelles an seiner Venus den Kopf und den oberen Teil der Brust kunstvoll ausgeführt, die übrigen Teile des Körpers jedoch unfertig gelassen hat, so sich nur um meinen Kopf bemüht und den übrigen Körper unvollendet und unbearbeitet gelassen.

Dabei habe ich die Erwartungen meiner Neider und Feinde enttäuscht. Sie haben sich über einen einzig tatkräftigen, mutigen, nach meinem Urteil an Seelengröße und Charakter alle überragenden Mann, über Q. Metellus, des L. Sohn, eine ganz falsche Vorstellung übermitteln lassen, wenn sie behaupten, er sei nach seiner Rückkehr niedergeschlagen und gebrochen gewesen. Das soll mir einer weismachen, daß der Mann, der herzlich gern ging, mit beneidenswerter Spannkraft in der Fremde lebte und keinen Finger für seine Heimkehr rührte, ausgerechnet wegen der Vorgänge gebrochen gewesen sein soll, bei denen er sich vor aller Welt, selbst vor jenem M. Scaurus, einem außergewöhnlichen Manne, durch Standhaftigkeit und Charakterstärke hervorgetan hatte! – Also was sie über ihn gehört hatten oder auch nur vermuteten, das erwarteten sie ebenfalls von mir: daß ich ziemlich deprimiert sein würde, während mir doch der Staat noch mehr Mut einflößte, als ich je besessen hatte, wo er erklärte, er habe gerade mich, den einen Bürger, nicht entbehren können, und wo den Metellus nur der Antrag eines einzigen Volkstribunen, mich der gesamte Staat unter Führung des Senats, in Begleitung Italiens, wobei alle Magistrate das Gesetz promulgierten, Du als Konsul es vor die Zenturiatkomitien brachtest, und diese, alle Stände, Jung und Alt sich dafür einsetzten, kurz, mit allen seinen Kräften zurückholte.

Aber weder habe ich mir hinterher etwas herausgenommen, noch tue ich es heute, woran jemand, und sei es mein ärgster Feind, mit Recht Anstoß nehmen könnte. Mein einziges Bestreben ist, es bei meinen Freunden wie auch bei Fernerstehenden nicht an Hilfe, Rat

simum iure possit offendere; tantum enitor, ut neque amicis neque etiam alienioribus opera, consilio, labore desim. hic meae vitae cursus offendit eos fortasse, qui splendorem et speciem huius vitae intuentur, sollicitudinem autem et laborem perspicere non possunt; illud vero non obscure queruntur, in meis sententiis, quibus ornem Caesarem, quasi desciscere me a pristina causa. ego autem cum illa sequor, quae paulo ante proposui, tum hoc non in postremis, de quo coeperam exponere. non offendes eundem bonorum sensum, Lentule, quem reliquisti, qui confirmatus consulatu nostro, non numquam postea interruptus, adflictus ante te consulem, recreatus abs te totus est nunc ab iis, a quibus tuendus fuerat, derelictus; idque non solum fronte atque vultu, quibus simulatio facillime sustinetur, declarant ii, qui tum nostro illo statu optimates nominabantur, sed etiam sensu saepe iam tabellaque docuerunt. itaque tota iam sapientium civium, qualem 18 me et esse et numerari volo, et sententia et voluntas mutata esse debet. id enim iubet idem ille Plato, quo ego vehementer auctore moveor, tantum contendere in re publica, quantum probare tuis civibus possis; vim neque parenti nec patriae adferre oportere. atque hanc quidem ille causam sibi ait non attingendae rei publicae fuisse, quod, cum offendisset populum Atheniensem prope iam desipientem senectute, cumque eum nec persuadendo nec cogendo regi posse vidisset, cum persuaderi posse diffideret, cogi fas esse non arbitraretur. mea ratio fuit alia, quod neque desiciente populo nec integra re mihi ad consulendum, capesseremne rem publicam, implicatus tenebar, sed laetatus tamen sum, quod mihi liceret in eadem causa et mihi utilia et cuivis bono recta defendere. huc accessit commemoranda quaedam et divina Caesaris ~~††~~

und Einsatzbereitschaft fehlen zu lassen. Dazu fühle ich mich berufen, und vielleicht paßt es denjenigen nicht, die nur auf den äußeren Glanz meines Lebens blicken, von den Mühen und Aufregungen aber keine Ahnung haben; eins aber prangern sie unverhohlen an: daß ich mit meinen Anträgen zu Ehren Caesars gleichsam meine frühere Überzeugung verleugne. Ich folge jedoch nur den eben dargelegten Grundsätzen, nicht zuletzt aber leitet mich auch der oben schon angedeutete Gedanke. Ja, Lentulus, Du wirst die Guten nicht mehr in der gleichen Gesinnung vorfinden, in der Du sie verlassen hast, die ich als Konsul fest begründet habe, die hernach bisweilen abflaute, vor Deinem Konsulat einen schweren Stoß erhielt und von Dir neu geschaffen wurde. Jetzt haben diejenigen, die sie hätten pflegen müssen, sie ganz und gar beiseite getan, und zwar geben die Herren, die sich einst zur Zeit meines Glanzes Optimaten nannten, das nicht nur äußerlich durch Mienenspiel und Stirnrunzeln zu erkennen, wo sich doch Heuchelei am leichtesten durchführen läßt, sondern haben es nachgerade auch mehrfach durch entsprechende Haltung bei den Abstimmungen dokumentiert. Darum ist es nicht verwunderlich, wenn sich das ganze Fühlen und Wollen eines klugen Bürgers, wie ich es sein und wofür ich angesehen werden möchte, geändert hat. Denn das lehrt wieder unser Plato, für mich Autorität schlechthin, daß man im politischen Kampfe nur soweit gehen soll, wie man seine Mitbürger zu überzeugen vermag, und weder gegen seinen Vater noch gegen das Vaterland zur Gewalt greifen darf. Und das, sagt er, sei für ihn der Grund gewesen, sich aus der Politik herauszuhalten, daß ihm das Volk von Athen sozusagen schon als nicht mehr ganz zurechnungsfähiger Greis erschienen sei und er habe erkennen müssen, daß es sich weder durch Überredung noch durch Zwang lenken lasse, daß er sich aber nicht zutraue, es überreden zu können, und es andererseits für Sünde halte, es zu zwingen. Aber meine Situation war eine andere. Weder hatte ich es mit einem unzurechnungsfähigen Volke zu tun, noch hatte ich freie Hand, mich zu entscheiden, ob ich mich politisch betätigen wollte, und so brauchte ich keine Hemmungen zu haben. Immerhin war es mir eine Freude, bei ein und derselben Frage vertreten zu können, was mir Nutzen brachte und doch jedem anständigen Menschen recht erscheinen mußte. Hinzu

me fratremque meum liberalitas; qui mihi, quascumque res gereret, tuendus esset, nunc in tanta felicitate tantisque victoriis, etiam si in nos non is esset, qui est, tamen ornandus videretur. sic enim te existimare velim, cum a vobis meae salutis auctoribus discesserim, neminem esse, cuius officiis me tam esse devinctum non solum confitear, sed etiam gaudeam.

Quod quoniam tibi exposui, facilia sunt ea, quae a 19  
me de Vatino et de Crasso requiris. nam de Appio quod scribis sicuti de Caesare te non reprehendere, gaudeo tibi consilium probari meum. de Vatino autem primum reditus intercesserat in gratiam per Pompeium, statim ut ille praetor est factus, cum quidem ego eius petitionem gravissimis in senatu sententiis oppugnassem, neque tam illius laedendi causa quam defendendi atque ornandi Catonis; post autem Caesaris, ut illum defenderem, mira contentio est consecuta. cur autem laudarim, peto a te, ut id a me neve in hoc reo neve in aliis requiras, ne tibi ego idem repenam, cum veneris. tametsi possum vel absenti: recordare enim, quibus laudationem ex ultimis terris miseris; nec hoc pertimueris, nam a me ipso laudantur et laudabuntur idem. sed tamen defendendi Vatini fuit etiam ille stimulus, de quo in iudicio, quom illum defenderem, dixi me facere quiddam, quod in Eunuchio parasitus suaderet militi:

‘ubi nómínabit Phaédriam, tu Pámphilam continuo; si quando illa dicet: “Phaédriam intrómittamus cómissatum,” Pámphilam cantátum provocémus; si laudábit haec illíus formam, tu húius contra; dénique par pró pari reférto, quod eam mórdeat.’

kam Caesars bemerkenswerte, überwältigende Liebenswürdigkeit gegen mich und meinen Bruder. Mußte ich somit an sich schon für ihn eintreten, mochte er tun, was er wollte, jetzt, in seinem unbeschreiblichen Glück, nach so gewaltigen Siegen, würde ich glauben, ihn auszeichnen zu müssen, auch wenn er uns gegenüber nicht so wäre, wie er ist. Das halte Dir bitte vor Augen: nachdem ich mich von Euch, denen ich meine Wiederherstellung verdanke, getrennt habe, gibt es niemanden, durch dessen Entgegenkommen ich mich, wie ich mit Freuden bekenne, so stark verpflichtet fühle.

Nach diesen Darlegungen sind Deine Fragen betreffs Vatinius und Crassus also unschwer zu beantworten. Denn wenn Du sagst, betreffs Appius habest Du, wie bei Caesar, nichts einzuwenden, so freue ich mich, daß Du mit meinem Entschluß einverstanden bist. Was aber Vatinius angeht, so hatte zunächst Pompeius die Versöhnung zwischen uns in die Wege geleitet, gleich als er Prätor geworden war, nachdem ich seine Bewerbung im Senat mit den schärfsten Worten bekämpft hatte, nicht so sehr, um ihn zu verletzen, als um Cato den Rücken zu stärken und ihn herauszustreichen. Hernach erfolgte aber die entschiedene Forderung Caesars, ich möchte ihn vor Gericht verteidigen. Warum ich aber für ihn als Zeuge aufgetreten bin, danach frag' mich bitte weder bei diesem Angeklagten noch bei andern; ich könnte Dir sonst nach Deiner Heimkehr mit gleicher Münze heimzahlen. Ich könnte es freilich schon jetzt, wo Du noch draußen bist; ich brauche Dich ja nur daran zu erinnern, für wen alles Du vom Ende der Welt Belobigungsschreiben eingesandt hast. Aber sei unbesorgt, auch ich lobe ja dieselben Leute und werde es weiter tun. Jedoch Vatinius zu verteidigen reizte mich noch etwas anderes, worüber ich in meiner Verteidigungsrede vor Gericht gesagt habe, ich täte etwas, was im Eunuchen der Schmarotzer dem Soldaten rate:

„Bringt sie die Rede auf Phaedria, so nennst Du schleunig Pamphila;  
Soll Phaedria ein Ständchen bringen, mag Pamphila ein Liedlein  
singen;

Sagt sie, so schön wie er ist keiner, sprich Du: die andre ist noch  
feiner.

Vergiltst Du also Gleich mit Gleich, so spielst Du ihr den ärgsten  
Streich.“

sic petivi a iudicibus, ut, quoniam quidam nobiles homines et de me optime meriti nimis amarent inimicum meum meque inspectante saepe eum in senatu modo severe seducerent, modo familiariter atque hilare amplexarentur, quoniamque illi haberent suum Publium, darent mihi ipsi alium Publium, in quo possem illorum animos mediocriter lacessitus leviter repungere; neque solum dixi, sed etiam saepe facio deis hominibusque adprobantibus.

Habes de Vatinio; cognosce de Crasso. ego, cum <sup>20</sup> mihi cum illo magna iam gratia esset, quod eius omnes gravissimas iniurias communis concordiae causa voluntaria quadam oblivione contrieram, repentinam eius defensionem Gabini, quem proximis superioribus diebus acerrime oppugnasset, tamen, si sine ulla mea contumelia suscepisset, tulissem; sed, cum me disputantem, non lacessentem laesisset, exarsi non solum praesenti, credo, iracundia – nam ea tam vehemens fortasse non fuisset –, sed, cum inclusum illud odium multarum eius in me iniuriarum, quod ego effudisse me omne arbitrabar, residuum tamen insciente me fuisset, omne repente apparuit. quo quidem tempore ipso quidam homines et eidem illi, quos saepe significo neque appello, cum se maximum fructum cepisse dicerent ex libertate mea meque tum denique sibi esse visum rei publicae, qualis fuisset, restitutum, cumque ea contentio mihi magnum etiam foris fructum tulisset, gaudere se dicebant mihi et illum inimicum et eos, qui in eadem causa essent, numquam amicos futuros. quorum iniqui sermones cum ad me per homines honestissimos perferrentur, cumque Pompeius ita contendisset ut nihil unquam magis, ut cum Crasso redirem in gratiam, Caesarque per litteras maxima se molestia ex illa contentione adfectum ostenderet, habui non temporum solum rationem meorum, sed etiam naturae, Crassusque, ut quasi testata populo



Genauso habe ich die Geschworenen gebeten: hochadelige, um mich wohlverdiente Männer poussierten meinen Feind nur allzu sehr und nähmen ihn vor meinen Augen oft genug zu ernster Rücksprache beiseite oder klopfen ihm jovial auf die Schulter; wie sie ihren Publius hätten, so sollten sie auch mir meinen Publius gönnen, damit ich sie, wenn ich einigermaßen in Rage geriete, ein wenig auf die Palme bringen könne. Und das habe ich nicht nur gesagt, sondern tue es auch oft zum Vergnügen von Göttern und Menschen.

Soviel von Vatinius. Jetzt zu Crassus! Als wir bereits ein Herz und eine Seele waren, weil ich um des lieben Friedens willen all seine schlimmen Verfehlungen gleichsam freiwillig vergessen und aus meinem Gedächtnis ausgemerzt hatte, trat er unversehens für denselben Gabinius ein, den er doch an den nächstvergangenen Tagen scharf angegriffen hatte, und wäre es ohne Kränkung für mich geschehen, hätte ich mich immerhin damit abgefunden. Aber er beleidigte mich, obwohl ich ganz sachlich sprach und ihn durchaus nicht reizte. Da kochte ich über, und es war, glaube ich, nicht nur ein jäh aufsteigender Zornesausbruch – dann wäre ich vielleicht nicht so heftig geworden –, nein, dieser eingekapselte Groll wegen seiner zahlreichen Kränkungen, den ich gänzlich abgetan zu haben glaubte, saß doch noch in mir, ohne daß ich es ahnte, und brach nun plötzlich hervor. Unmittelbar danach erklärten gewisse Herren, und zwar wieder dieselben, auf die ich hier fortgesetzt hindeute, ohne sie bei Namen zu nennen, mein Freimut komme ihnen sehr zupaß; erst jetzt schiene ich ihnen als der, der ich einst gewesen sei, dem Staate zurückgegeben zu sein; auch draußen habe dieser Wortwechsel mir große Sympathien gewonnen, und sie seien hochofret, daß Crassus jetzt mein Feind sei und die andern beiden, die es mit ihm hielten, niemals meine Freunde sein würden. Ihre gehässigen Reden kamen mir durch ehrenwerte Männer zu Ohren, und als auch Pompeius sich, wie sonst nie, dafür ins Zeug legte, ich solle mich mit Crassus aussöhnen, und Caesar mir brieflich zu verstehen gab, daß jener Streit ihm äußerst ungelegen komme, da habe ich mich auf meine prekäre Lage und mein eigentliches Wesen besonnen, und damit unser neues Einvernehmen dem Römischen Volke gleichsam handgreiflich vor Augen geführt würde, machte sich

Romano esset nostra gratia, paene a meis laribus in provinciam est profectus; nam, cum mihi condixisset, cenavit apud me in mei generi Crassipedis hortis. quam ob rem eius causam, quod te scribis audisse, magna illius commendatione susceptam defendi in senatu, sicut mea fides postulabat.

Accepisti, quibus rebus adductus quamque rem <sup>21</sup> causamque defenderim, quique meus in re publica sit pro mea parte capessenda status. de quo sic velim statuas, me haec eadem sensurum fuisse, si mihi integra omnia ac libera fuissent; nam neque pugnandum arbitrarer contra tantas opes neque delendum, etiam si id fieri posset, summorum civium principatum neque permanendum in una sententia conversis rebus ac bonorum voluntatibus mutatis, sed temporibus adsentiendum. numquam enim praestantibus in re publica gubernanda viris laudata est in una sententia perpetua permansio, sed, ut in navigando tempestati obsequi artis est, etiam si portum tenere non queas, cum vero id possis mutata velificatione adsequi, stultum est eum tenere cum periculo cursum, quem coeperis, potius quam eo commutato quo velis tamen pervenire, sic, cum omnibus nobis in administranda re publica propositum esse debeat, id quod a me saepissime dictum est, cum dignitate otium, non idem semper dicere, sed idem semper spectare debemus. quam ob rem, ut paulo ante posui, si essent omnia mihi solutissima, tamen in re publica non alius essem atque nunc sum; cum vero in hunc sensum et alliciar beneficiis hominum et compellar iniuriis, facile patior ea me de re publica sentire ac dicere, quae maxime cum mihi tum etiam rei publicae rationibus putem conducere; apertius autem haec ago ac saepius, quod et Quintus, frater meus, legatus est Caesaris et nullum meum minimum dictum, non modo factum, pro Cae-

Crassus beinahe unmittelbar von meinem Tische auf den Weg in seine Provinz; er hatte sich nämlich bei mir angesagt und speiste bei mir in den Gärten meines Schwiegersohns Crassipes. So habe ich denn also, wie man es Dir erzählt hat, seine Sache, die ich auf dringende Empfehlung des andern übernehmen mußte, im Senat vertreten, wie es mein gegebenes Wort verlangte.

Das sind die Gründe, weswegen ich jeweils eine Maßnahme verteidigt, einen Prozeß übernommen habe, und Du siehst nun, welchen Standpunkt ich in der Politik einzunehmen habe. Das bitte ich Dich so zu verstehen, daß ich genau denselben Standpunkt eingenommen hätte, wenn ich ungebunden gewesen wäre und gänzlich freie Hand gehabt hätte. Denn auch dann wäre ich überzeugt, daß man eine so gewaltige Macht nicht bekämpfen oder das Übergewicht der Machthaber, selbst wenn es möglich wäre, beseitigen, noch auch stur bei ein und derselben Meinung bleiben darf, nachdem die Verhältnisse umgeschlagen sind und die Gesinnung der Guten sich gewandelt hat, sondern sich den Umständen fügen muß. Niemals sind doch in der Staatsführung bewährte Männer mit eigensinnigem Beharren bei einer einmal gefaßten Meinung einverstanden gewesen; vielmehr ist es wie beim Segeln: die Kunst besteht darin, daß man sich nach Wind und Wetter richtet, auch wenn man dann den erstrebten Hafen nicht erreicht; aber wenn man durch Umsetzen der Segel ans Ziel kommen kann, dann wäre es Torheit, den einmal eingeschlagenen Kurs unter Gefahren beizubehalten und ihn nicht lieber zu ändern und schließlich doch dahin zu gelangen, wohin man will. Genauso müssen wir alle in der Politik uns zwar als Ziel setzen, was ich oft genug betont habe, einen Frieden in Ehren, dürfen aber nicht immer wieder dasselbe sagen, sondern nur das Ziel nicht aus den Augen verlieren. Also wenn ich, wie eben gesagt, gänzlich ungebunden wäre, mein Standpunkt in der Politik wäre doch kein anderer als jetzt; wo mich nun aber gar die Leute durch Wohltaten zu dieser Haltung locken oder durch Übelwollen drängen, da kommt es mir leicht an, in der Politik zu denken und zu sagen, was meiner Meinung nach sowohl meinen als auch des Staates Interessen am meisten entspricht. Und diesen Standpunkt vertrete ich um so unverhohlener und öfter, als mein Bruder Quintus Caesars Legat ist und jede Tat, ja, schon das

sare intercessit, quod ille non ita inlustri gratia exceperit, ut ego eum mihi devinctum putarem. itaque eius omni et gratia, quae summa est, et opibus, quas intellegis esse maximas, sic fruor ut meis nec mihi aliter potuisse videor hominum perditorum de me consilia frangere, nisi cum praesidiis iis, quae semper habui, nunc etiam potentium benevolentiam coniunxissem.

His ego consiliis, si te praesentem habuissem, ut <sup>22</sup> opinio mea fert, essem usus eisdem; novi enim temperantiam et moderationem naturae tuae, novi animum cum mihi amicissimum tum nulla in ceteros malevolentia suffusum contraque cum magnum et excelsum tum etiam apertum et simplicem. vidi ego quosdam in te talis, qualis tu eosdem in me videre potuisti; quae me moverunt, movissent eadem te profecto. sed, quocumque tempore mihi potestas praesentis tui fuerit, tu eris omnium moderator consiliorum meorum, tibi erit eidem, cui salus mea fuit, etiam dignitas curae; me quidem certe tuarum actionum, sententiarum, voluntatum, rerum denique omnium socium comitemque habebis, neque mihi in omni vita res tam erit ulla proposita, quam ut cotidie vehementius te de me optime meritum esse laetere.

Quod rogas, ut mea tibi scripta mittam, quae post <sup>23</sup> discessum tuum scripserim, sunt orationes quaedam, quas Menocrito dabo, neque ita multae, ne pertimescas. scripsi etiam – nam me iam ab orationibus diiungo fere referoque ad mansuetiores Musas, quae me maxime sicut iam a prima adolescentia delectarunt – scripsi igitur Aristotelio more, quem ad modum quidem volui, tres libros in disputatione ac dialogo ‘de oratore’, quos arbitror Lentulo tuo fore non inutilis; abhorrent enim a communibus praeceptis atque om-

geringste Wort von mir zu Caesars Gunsten von ihm mit so herzlichem Dank vergolten wird, daß ich wirklich glauben muß, er fühle sich mir verpflichtet. So nutze ich also seinen ganzen Einfluß, der weit reicht, und alle seine Macht, die, wie Du weißt, unbeschränkt ist, als wäre sie mein, und hätte die Anschläge verruchter Subjekte gegen mich wohl nicht besser zu durchkreuzen vermocht als eben dadurch, daß ich zu den Schutzmitteln, die mir immerhin zur Verfügung gestanden haben, jetzt noch die Protektion der Machthaber hinzunahm.

Diese Grundsätze hätte ich wahrscheinlich auch vertreten, wenn ich Dich hier gehabt hätte. Ich weiß ja, wie ausgeglichen und maßvoll Du von Natur bist, kenne Deine freundschaftliche Gesinnung mir gegenüber, die unvermischt mit Bosheit gegen die andern, vielmehr groß und erhaben, offen und ehrlich ist. Ich habe es erlebt, wie gewisse Leute gegen Dich nicht anders vorgingen, als Du dieselben Herren gegen mich hast vorgehen sehen können. Was mich in Harnisch gebracht hat, hätte gewiß auch Dich in Harnisch gebracht. Aber vom ersten Augenblick an, wo ich Dich wieder zur Seite haben kann, wirst Du der Lenker aller meiner Entschlüsse sein, wirst Du Dich wieder meiner Würde wie einst meiner Rettung annehmen. In mir wirst Du gewißlich bei Deinen Unternehmungen, Anträgen und Wünschen, kurz, in allen Dingen einen Gefährten und Weggenossen finden, und mein Leben lang wird mir als schönstes Ziel vorschweben, daß Du Dich von Tag zu Tag intensiver Deiner hohen Verdienste um mich freust.

Du bittest mich, Dir meine literarischen Erzeugnisse zu schicken, die ich seit Deinem Weggange verfaßt habe. Es sind ein paar Reden, die ich Menocritus mitgeben werde, nicht eben viele; Du brauchst also keine Angst zu haben. Ich habe – ich entziehe mich nämlich nachgerade meist der rednerischen Tätigkeit und suche Zuflucht bei sanfteren Musen, die mir wie schon seit frühester Jugend viel Freude machen – ich habe also mit der gleichen Tendenz wie Aristoteles – jedenfalls war das meine Absicht – auch drei Bücher in Form eines Dialogs „Über den Redner“ verfaßt, die, wie ich glaube, für Deinen Lentulus nicht ohne Nutzen sein werden; sie weichen nämlich von den üblichen Lehrbüchern ab und umfassen die gesamten rhetorischen Theorien der Alten, sowohl die aristotelische wie die

nem antiquorum et Aristoteliam et Isocratiam rationem oratoriam complectuntur. scripsi etiam versibus tres libros 'de temporibus meis'; quos iam pridem ad te misissem, si esse edendos putassem – sunt enim testes et erunt sempiterni meritorum erga me tuorum meaeque pietatis –; sed quia verebar non eos, qui se laesos arbitrarentur – etenim id feci parce et molliter –, sed eos, quos erat infinitum bene de me meritos omnis nominare. quos tamen ipsos libros, si quem, cui recte committam, invenero, curabo ad te perferendos. atque istam quidem partem vitae consuetudinisque nostrae totam ad te defero; quantum litteris, quantum studiis, veteribus nostris delectationibus, consequi poterimus, id omne ad arbitrium tuum, qui haec semper amasti, libentissime conferemus.

Quae ad me de tuis rebus domesticis scribis quae- 24  
que mihi commendas, ea tantae mihi curae sunt, ut me nolim admoneri, rogari vero sine magno dolore vix possim.

Quod de Quinti fratris negotio scribis, te priore aestate, quod morbo impeditus in Ciliciam non transieris, conficere non potuisse, nunc autem omnia facturum, ut conficias, id scito esse eius modi, ut frater meus vere existimet adiuncto isto fundo patrimonium fore suum per te constitutum.

Tu me de tuis rebus omnibus et de Lentuli tui nostrique studiis et exercitationibus velim quam familiarissime certiozem et quam saepissime facias existimesque neminem cuiquam neque cariozem neque iucundiozem umquam fuisse quam te mihi, idque me non modo, ut tu sentias, sed ut omnes gentes, etiam ut posteritas omnis intellegat, esse facturum.

Appius in sermonibus antea dictitabat, postea dixit 25  
etiam in senatu palam sese, si licitum esset legem curiatam ferre, sortiturum esse cum conlega provinciam;

isokrateische. Auch ein Epos in drei Büchern „Über meine Leidenszeit“ habe ich geschrieben, das ich Dir schon längst geschickt hätte, wenn ich mich hätte entschließen können, es zu veröffentlichen; ist es doch jetzt und für immer ein dauerndes Zeugnis für Deine Verdienste um mich und meine dankbare Gesinnung. Aber ich habe es nicht getan, nicht etwa aus Rücksicht auf die, die sich vielleicht verletzt fühlen könnten – in dieser Beziehung bin ich sparsam und gelinde zu Werke gegangen –; aber hätte ich all die Leute namentlich nennen wollen, die sich um mich verdient gemacht haben, so wäre das ein Schwanz ohne Ende gewesen. Doch ich werde Dir auch diese Schrift zukommen lassen, sobald ich jemanden finde, dem ich sie unbedenklich mitgeben kann. Diesen Ertrag meines jetzigen Lebenszuschnitts lege ich ganz Dir zu Füßen; alles, was ich auf literarischem und wissenschaftlichem Gebiet, meinen alten Steckenpferden, fertigbringe, werde ich herzlich gern Deinem Urteil unterstellen, der Du Dich immer für diese Dinge interessiert hast.

Was Du mir von Deinen häuslichen Angelegenheiten schreibst und mir ans Herz legst, werde ich so gewissenhaft besorgen, daß ich nicht erinnert werden möchte; eine Bitte vollends würde mich aufs tiefste beleidigen.

Betreffs des Auftrages meines Bruders schreibst Du, Du habest ihn im vorigen Sommer nicht erledigen können, weil Du krankheitshalber nicht nach Cilicien hinübergekommen seiest, würdest jetzt aber alles daran setzen, ihn zu erledigen. Nun, dann darf mein Bruder also wirklich hoffen, mit Deiner Hilfe durch Hinzuerwerb dieses Grundstücks sein väterliches Erbe abzurunden.

Gib mir doch bitte vertrauensvoll und möglichst oft Nachricht, wie es Dir überhaupt geht und wie es mit den Studien und Exerzitien Deines und meines Lentulus steht. Du darfst überzeugt sein, daß nie jemand einem andern so lieb und teuer gewesen ist wie Du mir, und daß ich dafür sorgen werde, daß nicht nur Du es fühlst, sondern die ganze Welt und alle kommenden Geschlechter es merken.

Appius äußerte zunächst gesprächsweise und erklärte nachher auch im Senat ganz offen, er werde, falls es gestattet sei, das Kuriatgesetz einbringen, mit seinem Kollegen um die Provinz losen; komme das Kuriatgesetz nicht zustande, so werde er sich mit sei-

si curiata lex non esset, se paraturum cum conlega tibi que successurum; legemque curiatam consuli ferri opus esse, necesse non esse; se, quoniam ex senatus consulto provinciam haberet, lege Cornelia imperium habiturum, quoad in urbem introisset. ego, quid ad te tuorum quisque necessariorum scribat, nescio; varias esse opiniones intellego. sunt, qui putant posse te non decedere, quod sine lege curiata tibi succedatur; sunt etiam, qui, si decedas, a te relinqui posse, qui provinciae praesit. mihi non tam de iure certum est – quamquam ne id quidem valde dubium est – quam illud, ad tuam summam amplitudinem, dignitatem, libertatem, qua te scio libentissime frui solere, pertinere te sine ulla mora provinciam successorum concedere, praesertim cum sine suspitione tuae cupiditatis non possis illius cupiditatem refutare. ego utrumque meum puto esse, et, quid sentiam, ostendere et, quod feceris, defendere.

Scripta iam epistula superiore accepi tuas litteras de 26  
 publicanis, in quibus aequitatem tuam non potui non probare; felicitate quidem vellem consequi potuisses, ne eius ordinis, quem semper ornasti, rem aut voluntatem offenderes. equidem non desinam tua decreta defendere, sed nosti consuetudinem hominum; scis, quam graviter inimici ipsi illi Q. Scaevolae fuerint. tibi tamen sum auctor, ut, si quibus rebus possis, eum tibi ordinem aut reconcilies aut mitiges. id etsi difficile est, tamen mihi videtur esse prudentiae tuae.

## XI.

M. CICERO S.D.L. VALERIO IVRISCONSULTO.

... cur enim tibi hoc non gratificer nescio, praesertim cum his temporibus audacia pro sapientia liceat uti.



nem Kollegen unter der Hand einigen und Deine Nachfolge antreten; ein Kuriatgesetz sei für den Konsul zwar ganz wünschenswert, aber nicht unbedingt erforderlich. Er habe seine Provinz auf Senatsbeschluß, und so werde er nach der Lex Cornelia im Besitze des Imperiums sein, bis er bei seiner Rückkehr die Stadt betrete. Was Deine Freunde im einzelnen dazu sagen, weiß ich nicht, sehe aber, daß die Meinungen geteilt sind. Die einen meinen, Du könntest nicht abtreten, weil Dein Nachfolger ohne Kuriatgesetz komme, andre aber auch, Du könntest abtreten und zur Verwaltung der Provinz einen Stellvertreter zurücklassen. Ich bin mir über die Rechtslage nicht ganz klar, obwohl auch sie kaum zweifelhaft sein dürfte; aber soviel ist sicher, Deine ganze Reputation, Deine Würde, Deine Handlungsfreiheit, auf die Du, wie ich weiß, den allergrößten Wert legst, fordert von Dir, die Provinz unverzüglich Deinem Nachfolger zu überlassen, zumal Du sein dringendes Verlangen nicht zurückweisen kannst, ohne Dich dem Verdacht auszusetzen, Dich selbst nicht trennen zu können. Ich halte beides für meine Pflicht, Dir meine Ansicht mitzuteilen und zu vertreten, wozu Du Dich entschließt.

(PS) Ich hatte obigen Brief gerade fertig, da traf Dein Schreiben betreffs der Steuerpächter ein. Die Billigkeit Deiner Maßnahme bestreite ich durchaus nicht; freilich wünschte ich, Du hättest es vermöge eines glücklichen Zufalls vermeiden können, ihren Stand, den Du stets ausgezeichnet hast, in seinen Interessen und Wünschen vor den Kopf zu stoßen. Gewiß werde ich weiter Deine Verfügungen vertreten, aber Du kennst ja die Gepflogenheiten dieser Leute und weißt, wie arg sie selbst einem Q. Scaevola zugesetzt haben. Doch rate ich Dir, wenn irgend möglich, ihren Stand mit Dir auszusöhnen oder jedenfalls zu beschwichtigen. Das ist freilich nicht ganz leicht, scheint mir aber immerhin ein Gebot Deiner Klugheit zu sein.

(Rom, im Dezember [XI.] 54)

II (10).

M. Cicero grüßt L. Valerius den Rechtskundigen.

... Ich weiß nämlich nicht, warum ich Dir diesen Gefallen nicht tun sollte, zumal man heutzutage mit Frechheit weiter kommt als mit Klugheit.

Lentulo nostro egi per litteras tuo nomine gratias diligenter. sed tu velim desinas iam nostris litteris uti et nos aliquando revisas et ibi malis esse, ubi aliquo numero sis, quam istic, ubi solus sapere videare. quamquam, qui istinc veniunt, partim te superbum esse dicunt, quod nihil respondeas, partim contumeliosum, quod male respondeas.

Sed iam cupio tecum coram iocari; quare fac, ut quam primum venias neque in Apuliam tuam accedas, ut possimus salvum venisse gaudere; nam illo si veneris tam Ulixes, cognosces tuorum neminem.

Unserm Lentulus habe ich brieflich in Deinem Namen herzlich gedankt. Aber ich wollte, Du hättest nachgerade genug von unserm Briefwechsel und kämest endlich einmal, um mich wiederzusehen, und wünschtest, lieber dort zu sein, wo Du etwas zu melden hast, als dort, wo Du anscheinend der einzige vernünftige Mensch bist. Freilich, die Leute, die von dort zureisen, behaupten teils, Du seiest hochmütig, weil Du nichts antwortetest, teils halten sie Dich für schmählich, weil Du patzige Antworten gäbest.

Aber ich möchte jetzt einmal von Mund zu Mund mit Dir scherzen. Darum sieh zu, daß Du so bald wie möglich kommst, und halt Dich nicht erst in Deinem Apulien auf, damit ich mich Deiner glücklichen Heimkunft freuen kann. Denn wenn Du als rechter Ulixes dorthin kommst, wirst Du keinen von Deinen Leuten wiedererkennen.

(Rom, wahrscheinlich Ende 54)

## LIBER SECVNDVS

### I.

M. CICERO S. D. CVRIONI.

Quamquam me nomine negligentiae suspectum <sup>1</sup> tibi esse doleo, tamen non tam mihi molestum fuit accusari abs te officium meum, quam iucundum requiri, praesertim quom, in quo accusabar, culpa vacarem, in quo autem desiderare te significabas meas litteras, prae te ferres perspectum mihi quidem, sed tamen dulcem et optatum amorem tuum. equidem neminem praetermisi, quem quidem ad te perventurum putarem, cui litteras non dederim; etenim quis est tam scribendo impiger quam ego? a te vero bis terve summum et eas perbrevis accepi. quare, si iniquus es in me iudex, condemnabo eodem ego te crimine; sin me id facere noles, te mihi aequum praebere debebis.

Sed de litteris hactenus; non enim vereor, ne non scribendo te expleam, praesertim si in eo genere studium meum non aspernabere.

Ego te afuisse tam diu a nobis et dolui, quod carui <sup>2</sup> fructu iucundissimae consuetudinis, et laetor, quod absens omnia cum maxima dignitate es consecutus quodque in omnibus tuis rebus meis optatis fortuna respondit. breve est, quod me tibi praecipere meus incredibilis in te amor cogit. tanta est exspectatio vel animi vel ingenii tui, ut ego te obsecrare obtestarique non dubitem, sic ad nos conformatus revertare, ut, quam exspectationem tui concitasti, hanc sustinere ac tueri possis; et, quoniam meam tuorum erga me meritorum memoriam nulla umquam delebit oblivio, te

## ZWEITES BUCH

### I.

M. Cicero grüßt Curio.

Es ist mir zwar unangenehm, von Dir der Gleichgültigkeit verdächtigt zu werden; jedoch habe ich mich nicht so sehr darüber geärgert, meine Pflichterfüllung von Dir getadelt zu sehen, wie ich mich darüber freue, daß Du sie erwartest, zumal ich mich bezüglich dessen, was Du mir vorwirfst, frei von Schuld weiß, Du aber mit Deiner Andeutung, weswegen Du einen Brief von mir ersehnt, nur Deine mir zwar bekannte, aber doch wohlthuende und erwünschte Zuneigung zu erkennen gibst. Niemanden, von dem ich annehmen konnte, daß er Dich antreffen würde, habe ich ohne einen Brief für Dich gehen lassen, denn einen so fleißigen Briefschreiber wie mich gibt es doch sonst kaum. Hingegen habe ich von Dir nur zwei- oder höchstens dreimal einen Brief, und zwar einen ganz kurzen, erhalten. Willst Du also mir gegenüber den ungerechten Richter spielen, so werde ich Dich des gleichen Vergehens zeihen; wünschst Du das nicht, mußst Du Dich auch gegen mich gerecht zeigen.

Aber genug von der Briefschreiberei! Ich brauche ja nicht zu befürchten, Dich durch Nichtschreiben zu befriedigen, zumal wenn Dir in dieser Hinsicht mein Eifer nicht lästig ist.

Deine lange Abwesenheit von uns habe ich einestheils bedauert, weil ich den Genuß des mir so lieben Umgangs mit Dir entbehren mußte, andererseits freue ich mich darüber, daß Du in Deiner Abwesenheit alles in höchst ehrenvoller Weise erreicht hast und in all Deinen Belangen der Erfolg meinen Wünschen entspricht. Nur wenig ist es, was meine unsägliche Liebe mich Dir nahelegen zwingt. Man wartet sehnsüchtig auf Deine schönen Herzens- und Geistesgaben, und so stehe ich nicht an, Dich inständig zu bitten: kehre so gefestigt zu uns zurück, daß Du den Erwartungen, die Du erweckt hast, entsprichst und sie nicht enttäuschst. Bei mir wird kein Vergessen je die Erinnerung an Deine Verdienste um mich auslöschen, und darum bitte ich auch Dich, bei allem, was Dir an

rogo, ut memineris, quantaecumque tibi accessiones fient et fortunae et dignitatis, eas te non potuisse consequi, nisi meis puer olim fidelissimis atque amantissimis consiliis paruisses. quare hoc animo in nos esse debebis, ut aetas nostra iam ingravescens in amore atque in adolescentia tua conquiescat.

## II.

## M. CICERO S. D. C. CVRIONI.

Gravi teste privatus sum amoris summi erga te mei patre tuo, clarissimo viro. qui cum suis laudibus tum vero te filio superasset omnium fortunam, si ei contigisset, ut te ante videret, quam a vita discederet. sed spero nostram amicitiam non egere testibus. tibi patrimonium dei fortunent; me certe habebis, cui et carus aequae sis et iucundus ac fuisti patri.

## III.

## M. CICERO S. D. C. CVRIONI.

Rupae studium non defuit declarandorum munerum tuo nomine, sed nec mihi placuit nec cuiquam tuorum quicquam te absente fieri, quod tibi, cum venisses, non esset integrum. equidem quid sentiam, aut scribam ad te postea pluribus aut, ne ad ea meditare, imparatum te offendam coramque contra istam rationem meam dicam, ut aut te ad meam sententiam adducam aut certe testatum apud animum tuum relinquam, quid senserim, ut, si quando, quod nolim, displicere tibi tuum consilium coeperit, possis meum recordari. brevi tamen sic habeto, in eum statum temporum tuum reditum incidere, ut iis bonis, quae tibi natura, studio, fortuna data sunt, facilius omnia, quae

Glück und Ansehen zuwachsen wird, Dich dessen zu erinnern, daß es Dir versagt geblieben wäre, wenn Du Dich nicht einst in Deiner Jugend meinen aus treuester Liebe entsprungenen Ratschlägen gefügt hättest. So ist es Deine Pflicht, Dich gegen mich so zu verhalten, daß mein sich bereits dem Ende zuneigendes Leben in Deiner Liebe, Deiner Jugend Ruhe findet.

(Rom, i. J. 53)

## 2.

M. Cicero grüßt C. Curio.

Mit Deinem Vater, diesem herrlichen Manne, ist mir ein gewichtiger Zeuge meiner innigen Liebe zu Dir entrissen worden. Durch seine Ruhmestaten und nicht zuletzt durch Dich als seinen Sohn hätte er aller Glück in den Schatten gestellt, wenn es ihm vergönnt gewesen wäre, Dich noch wiederzusehen, bevor er aus dem Leben schied. Doch ich denke, unsre Freundschaft bedarf nicht der Zeugen. Dein Erbe mögen die Götter segnen; die Liebe Deines Vaters, die Freude, die er an Dir hatte, wirst Du gewiß bei mir wiederfinden!

(Rom, i. J. 53)

## 3.

M. Cicero grüßt C. Curio.

Rupa hat es nicht an Eifer fehlen lassen, in Deinem Namen Leichenspiele anzukündigen, aber weder mir noch sonst einem Deiner Freunde schien es richtig, während Deiner Abwesenheit etwas in die Wege zu leiten, was Dir nach Deiner Heimkehr die Hände binden könnte. Wie ich darüber denke, werde ich Dir demnächst ausführlicher schreiben oder auch Dich unvorbereitet überrumpeln, damit Du Dich nicht darauf einrichten kannst, und mündlich meine Auffassung der Deinigen gegenüber geltend machen, um Dich entweder zu meiner Meinung zu bekehren oder jedenfalls in Deiner Seele ein Zeugnis zu hinterlassen, wie ich darüber gedacht habe. So kannst Du, solltest Du einmal – was ich nicht hoffen will – an Deinem Entschluß irre werden, dann Dich meines Rates erinnern. So viel jedoch laß Dir in aller Kürze sagen: Die Zustände, die Du bei Deiner Heimkehr antriffst, sind so beschaffen, daß Du mit den Vorzügen, die Dir Veranlagung, Strebsamkeit und Glück verliehen

sunt amplissima in re publica, consequi possis quam muneribus. quorum neque facultatem quisquam admiratur – est enim copiarum, non virtutis –, neque quisquam est, quin satietate iam defessus sit.

Sed aliter atque ostenderam facio, qui ingrediar ad 2 explicandam rationem sententiae meae; quare omnem hanc disputationem in adventum tuum differo. summa scito in exspectatione esse eaque a te exspectari, quae a summa virtute summoque ingenio exspectanda sunt. ad quae si es, ut debes, paratus, quod ita esse confido, plurimis maximisque muneribus et nos amicos et civis tuos universos et rem publicam adicies. illud cognosces profecto, mihi te neque cariorem neque iucundiozem esse quemquam.

## IV.

## CICERO S. D. C. CVRIONI.

Epistularum genera multa esse non ignoras, sed 1 unum illud certissimum, cuius causa inventa res ipsa est, ut certiores faceremus absentis, si quid esset, quod eos scire aut nostra aut ipsorum interesset. huius generis litteras a me profecto non exspectas; tuarum enim rerum domesticarum habes et scriptores et nuntios, in meis autem rebus nihil est sane novi. reliqua sunt epistularum genera duo, quae me magno opere delectant, unum familiare et iocosum, alterum severum et grave. utro me minus deceat uti, non intellego. iocerne tecum per litteras? civem mehercule non puto esse, qui temporibus his ridere possit. an gravius aliquid scribam? quid est, quod possit graviter a Cicerone scribi ad Curionem nisi de re publica? atqui in hoc genere haec mea causa est, ut neque ea, quae sentio, audeam neque ea, quae non sentio, velim scribere.

Quam ob rem, quoniam mihi nullum scribendi 2 argumentum relictum est, utar ea clausula, qua soleo,



haben, alle glänzenden politischen Ziele leichter erreichen kannst als durch Leichenspiele. Über ihre Pracht wundert sich kein Mensch, denn das geht den Beutel an, nicht den Mann, und alle Welt ist nachgerade übersättigt.

Aber da fange ich richtig schon an, meinen Standpunkt zu begründen, und das wollte ich ja gerade nicht; somit verschiebe ich diese ganze Erörterung auf Deine Heimkunft. Wisse, daß man Dich mit höchster Spannung erwartet und von Dir erhofft, was man von überragender Tüchtigkeit und Begabung erwarten muß! Wenn Du dafür, wie Du solltest, gewappnet bist – und ich zweifle nicht daran –, dann machst Du damit uns Freunden, allen Deinen Mitbürgern und dem Vaterlande das reichste und schönste Geschenk. Auf jeden Fall wirst Du Dich davon überzeugen, daß ich Dich liebe und meine Freude an Dir habe wie an niemandem sonst.

(Rom, i. J. 53)

## 4.

## M. Cicero grüßt C. Curio.

Wie Du weißt, gibt es viele Gattungen von Briefen, und eine von ihnen ist unstreitig die, um deretwillen die Sache überhaupt erfunden ist: um jemandem in der Ferne Nachricht zukommen zu lassen, wenn es etwas gibt, was man den Betreffenden wissen lassen will oder dieser selbst wissen möchte. Indessen erwartest Du einen Brief dieser Art gewiß nicht von mir; denn für Deine privaten Angelegenheiten hast Du Deine Korrespondenten und Botengänger, und bei mir ist alles beim alten. Bleiben noch zwei weitere Gattungen von Briefen, die mir an sich rechte Freude machen: einmal die vertraulichen, scherzhaften, sodann die ernsten, gesetzten. Welche von beiden mir weniger anstünde, weiß ich nicht. Soll ich brieflich mit Dir scherzen? Der ist, meine ich, kein rechter Staatsbürger, der bei diesen Zeiten noch lachen könnte. Oder soll ich ernstere Töne anschlagen? Dann gibt es nur ein Thema, über das ein Cicero an einen Curio ernsthaft schreiben könnte: die Politik. Dabei befinde ich mich jedoch in einer verzwickten Lage: wie ich denke, wage ich nicht zu schreiben, und wie ich nicht denke, mag ich nicht schreiben.

Da mir also kein anderer Stoff für einen Brief übrigbleibt, werde ich in gewohnter Weise schließen und Dich nur ermahnen, weiter-

teque ad studium summae laudis cohortabor. est enim tibi gravis adversaria constituta et parata incredibilis quaedam exspectatio; quam tu una re facillime vinctes, si hoc statueris, quarum laudum gloriam adamaris, quibus artibus eae laudes comparantur, in iis esse laborandum.

In hanc sententiam scriberem plura, nisi te tua sponte satis incitatum esse confiderem; et hoc, quicquid attigi, non feci inflammandi tui causa, sed testificandi amoris mei.

## V.

## CICERO S. D. C. CVRIONI.

Haec negotia quo modo se habeant, ne epistula quidem narrare audeo. tibi, etsi, ubicumque es, ut scripsi ad te ante, in eadem es navi, tamen, quod abes, gratulor, vel quia non vides ea, quae nos, vel quod excelso et illustri loco sitast laus tua in plurimorum et sociorum et civium conspectu, quae ad nos nec obscuro nec vario sermone, sed et clarissima et una omnium voce perfertur. unum illud nescio, gratulerne tibi an timeam, quod mirabilis est exspectatio redditus tui, non quo verear, ne tua virtus opinioni hominum non respondeat, sed mercule ne, cum veneris, non habeas iam, quod cures; ita sunt omnia debilitata et iam prope extincta. sed haec ipsa nescio rectene sint literis commissa; quare cetera cognosces ex aliis.

Tu tamen, sive habes aliquam spem de re publica sive desperas, ea para, meditare, cogita, quae esse in eo civi ac viro debent, qui sit rem publicam adfictam et oppressam miseris temporibus ac perditis moribus in veterem dignitatem et libertatem vindicaturus.

hin nach höchstem Ruhm zu streben. Es steht Dir nämlich eine ernst zu nehmende Gegnerin gegenüber, bereit, mit Dir zu kämpfen: die schier unglaubliche Erwartung, die man in Dich setzt. Sie wirst Du nur dann mit Leichtigkeit bestehen, wenn Du es Dir zur Pflicht machst, Dich bei Deinen Bemühungen auf die Eigenschaften zu stützen, mit denen man sich Verdienste erwirbt, wie Dein Ehrgeiz sie erstrebt.

Ich würde Dir mehr in diesem Sinne schreiben, wenn ich nicht überzeugt wäre, daß Du in Dir selbst den Trieb dazu hast, und was ich hier angedeutet habe, soll nicht dazu dienen, Dich anzufeuern, sondern Dir meine Liebe zu bezeugen.

(Rom, i. J. 53)

## 5.

M. Cicero grüßt C. Curio.

Wie die Dinge hier stehen, wage ich nicht einmal einem Briefe anzuvertrauen. Du befindest Dich freilich, wie ich Dir neulich schon schrieb, auf demselben Schiffe, magst Du sein, wo Du willst. Aber ich beglückwünsche Dich doch, daß Du nicht hier bist, weil Du so nicht mit anzusehen brauchst, was wir vor Augen haben, oder weil Dein Ruhm vor den Augen fast aller Bündner und Bürger in erhabenem Glanze strahlt, wovon nicht dunkle, wechselnde, sondern laute, einstimmige Kunde zu uns dringt. Nur eines weiß ich nicht recht: ob ich Dir gratulieren soll oder mich ängstigen muß, daß man Deine Heimkehr mit so riesiger Spannung erwartet. Nicht als ob ich befürchtete, Deine Persönlichkeit könnte den Erwartungen der Leute nicht entsprechen. Weiß Gott nicht! Aber alles ist so gelähmt, ja, beinahe schon erloschen, daß Du, wenn Du hier bist, kaum noch ein Betätigungsfeld finden wirst. Doch vielleicht hätte ich nicht einmal dies unbedenklich schreiben dürfen. Darum laß Dir die Einzelheiten von andern berichten.

Aber magst Du noch ein wenig Hoffnung für den Staat haben oder verzweifeln – auf jeden Fall wappne Dich, stelle Dich darauf ein und halte Dir vor Augen, was von einem Manne und Bürger verlangt wird, der berufen ist, den durch die Unbilden der Zeit und die Verderbnis der Sitten zerrütteten und niedergebeugten Staat zur alten Würde und Freiheit zurückzuführen!

(Rom, i. J. 53)

## VI.

## M. CICERO S. D. C. CVRIONI.

Nondum erat auditum te ad Italiam adventare, cum 1  
Sex. Villium, Milonis mei familiarem, cum his ad te  
litteris misi. sed tamen, cum adpropinquare tuus ad-  
ventus putaretur et te iam ex Asia Romam versus  
profectum esse constaret, magnitudo rei fecit, ut non  
vereremur, ne nimis cito mitteremus, cum has quam  
primum ad te perferri litteras magno opere vellemus.

Ego, si mea in te essent officia solum, Curio, tanta,  
quanta magis a te ipso praedicari quam a me ponde-  
rari solent, verecundius a te, si quae magna res mihi  
petenda esset, contenderem; grave est enim homini  
pudenti petere aliquid magnum ab eo, de quo se bene  
meritum putet, ne id, quod petat, exigere magis quam  
rogare et in mercedis potius quam beneficii loco nu-  
merare videatur. sed quia tua in me vel nota omnibus 2  
vel ipsa novitate meorum temporum clarissima et  
maxima beneficia exstiterunt estque animi ingenui, cui  
multum debeas, eidem plurimum velle debere, non  
dubitavi id a te per litteras petere, quod mihi omnium  
esset maximum maximeque necessarium. neque enim  
sum veritus, ne sustinere tua in me vel innumerabilia  
non possem, cum praesertim confiderem nullam esse  
gratiam tuam, quam non vel capere animus meus in  
accipiendo vel in remunerando cumulare atque in-  
lustrare posset.

Ego omnia mea studia, omnem operam, curam, in- 3  
dustriam, cogitationem, mentem denique omnem in  
Milonis consulatu fixi et locavi statuique in eo me non  
officii solum fructum sed etiam pietatis laudem debere  
quaerere; neque vero cuiquam salutem ac fortunas  
suas tantae curae fuisse umquam puto, quantae mihi  
honoris eius, in quo omnia mea posita esse decrevi. huic

## 6.

## M. Cicero grüßt C. Curio.

Obwohl hier noch nichts davon verlautet, daß Du Dich Italien näherst, schicke ich Dir Sex. Villius, einen Freund meines Milo, mit diesem Briefe entgegen. Immerhin nimmt man an, Deine Ankunft stehe nahe bevor, und daß Du aus Asien nach Rom unterwegs bist, steht ja fest, und so bringt die Wichtigkeit der Sache alle Bedenken, ich könnte diesen Brief zu früh abgehen lassen, zum Schweigen. Mir liegt nämlich sehr viel daran, daß Du ihn so bald wie möglich erhältst.

Gäbe es nur meine Verdienste um Dich, Curio – und sie wiegen doch kaum so schwer, wie Du es hinzustellen beliebst –, dann würde ich, wenn ich mit einer großen Bitte an Dich herantreten müßte, mein Verlangen nur schüchtern vorbringen; ist es ja doch peinlich für einen feinfühligen Mann, denjenigen um etwas Großes zu bitten, um den er sich verdient gemacht zu haben glaubt, um nicht den Eindruck zu erwecken, er forderte mehr, als daß er bäte, und betrachtete die Erfüllung seiner Bitte mehr als Entgelt denn als Entgegenkommen. Aber was Du für mich getan hast, ist ja teils allgemein bekannt, teils gerade durch das Unerhörte meiner Leidenszeit ins hellste Licht gerückt und zu rechter Geltung gekommen, und weil man als charaktvoller Mann sich demjenigen gern aufs höchste verpflichtet fühlt, in dessen Schuld man schon steht, so wage ich es unbedenklich, Dich brieflich um das zu bitten, was mir über alles wichtig und dringend erscheint. Denn ich brauche nicht zu befürchten, dem Gewicht Deiner Verdienste um mich, selbst wenn es unzählige sind, zu erliegen, zumal ich die Überzeugung hege, daß es keine Gefälligkeit von Deiner Seite gibt, die mein Herz nicht beim Empfang zu fassen und bei der Vergeltung reichlich und glänzend zu erwidern vermöchte.

Ich habe all mein eifriges Bemühen, alle rastlose Sorge, ja, all mein Sinnen und Trachten auf das Ziel gerichtet und dafür eingesetzt, Milo das Konsulat zu verschaffen, und stehe auf dem Standpunkt, daß ich verpflichtet bin, dabei nicht nur auf den Lohn für meine Dienste, sondern auch auf den Ruhm meiner Dankbarkeit zu sehen. Wohl niemandem hat je sein eigenes Leben, sein Hab und Gut so am Herzen gelegen, wie mir sein Aufstieg zu dieser

te unum tanto adiumento esse, si volueris, posse intellego, ut nihil sit praeterea nobis requirendum. habemus haec omnia, bonorum studium conciliatum ex tribunatu propter nostram, ut spero te intellegere, causam, vulgi ac multitudinis propter magnificentiam munerum liberalitatemque naturae, iuventutis et gratiosorum in suffragiis studia propter ipsius excellentem in eo genere vel gratiam vel diligentiam, nostram suffragationem, si minus potentem, at probatam tamen et iustam et debitam et propterea fortasse etiam gratiosam. dux nobis et auctor opus est et eorum ventorum, quos proposui, moderator quidam et quasi gubernator. qui si ex omnibus unus optandus esset, quem tecum conferre possemus, non haberemus. quam ob rem, si me memorem, si gratum, si bonum virum vel ex hoc ipso, quod tam vehementer de Milone laborem, existimare potes, si dignum denique tuis beneficiis iudicas, hoc a te peto, ut subvenias huic meae sollicitudini et huic meae laudi vel, ut verius dicam, prope salutem tuam studium dices.

De ipso T. Annio tantum tibi polliceor, te maioris animi, gravitatis, constantiae benevolentiaeque erga te, si complecti hominem volueris, habiturum esse neminem; mihi vero tantum decoris, tantum dignitatis adiunxeris, ut eundem te facile adgnoscam fuisse in laude mea, qui fueris in salute.

Ego ni te videre scirem, qua mente haec scriberem, quantum officii sustinerem, quantopere mihi esset in hac petitione Milonis omni non modo contentione, sed etiam dimicatione elaborandum, plura scriberem; nunc tibi omnem rem atque causam meque totum commendo atque trado. unum hoc sic habeto, si a te hanc rem impetraro, me paene plus tibi quam ipsi Miloni

Ehre; meine ganze Existenz hängt davon ab. Und Du bist der einzige, der dabei, wenn Du willst, so wirksam helfen könnte, daß ich mich nach weiterer Hilfe nicht umzusehen brauche. Alles steht zu unsrer Verfügung: die Zuneigung der Optimaten, die er sich, wie Du hoffentlich weißt, durch sein Eintreten für mich erworben hat, die Zuneigung des gemeinen Volks infolge seiner prächtigen Spiele und seiner angeborenen Freigebigkeit, die Ergebenheit der Jugend und der bei den Wahlen einflußreichen Kreise vermöge der außergewöhnlichen Liebenswürdigkeit oder Umsicht, mit der er selbst dies Geschäft betreibt, meine wenn auch nicht übermäßig wirksame, so doch innerlich begründete, berechnete, wohlverdiente und somit vielleicht auch dankbar begrüßte Empfehlung. Nur an einem Führer und Vertrauensmann fehlt es uns, der die geschilderte Wetterlage zu nutzen versteht und sozusagen das Ruder in die Hand nimmt. Sollte ich diesen einen Mann aus der Gesamtheit auswählen, ich wüßte nicht, wen ich Dir gleichstellen sollte. Wenn Du also schon aus der Tatsache, daß ich mich so entschieden für Milo einsetze, ersehen kannst, daß ich erkenntlich, dankbar, ein Ehrenmann bin, wenn Du mich schließlich Deines Entgegenkommens für würdig findest, bitte ich Dich, mir in dieser meiner Besorgnis beizustehen und meinem guten Ruf, ja, richtiger gesagt, nahezu meiner Existenz Deine Dienste zu widmen.

Was T. Annius selbst angeht, kann ich Dir soviel versprechen: wenn Du Dich des Mannes annehmen willst, wirst Du bei niemandem mehr Hochherzigkeit, Charakter, Zuverlässigkeit und Entgegenkommen finden. Mich aber wirst Du in meinem Ruhm, meinem Ansehen gewaltig fördern, so daß ich ohne weiteres erkenne, daß Du Dir immer gleich bleibst, ob es sich um meine Rettung oder meinen Ruhm handelt.

Wenn ich nicht wüßte, daß Du Dir darüber klar bist, in welcher Gemütsverfassung ich dies schreibe, welch schwere Verpflichtung ich übernommen habe, welches Maß jedweder Anstrengung, ja Kampf diese Bewerbung Milos von mir verlangt, würde ich mehr schreiben. Jetzt brauche ich nur die ganze Sache mit allem Drum und Dran Dir zu empfehlen und mich persönlich ganz in Deine Hand zu geben. Nur dies eine will ich noch sagen: Kommst Du mir hierin entgegen, dann werde ich mich Dir beinahe noch stärker

debiturum; non enim mihi tam mea salus cara fuit, in qua praecipue sum ab illo adiutus, quam pietas erit in referenda gratia iucunda; eam autem unius tuo studio me adsequi posse confido.

## VII.

M. CICERO IMP. S. D. C. CVRIONI TR. PL.

Sera gratulatio reprehendi non solet, praesertim si <sup>1</sup> nulla negligentia praetermissa est; longe enim absum, audio sero; sed tibi et gratulor et, ut sempiternae laudi tibi sit iste tribunatus, exopto teque hortor, ut omnia gubernes et moderere prudentia tua, ne te auferant aliorum consilia. nemo est, qui tibi sapientius suadere possit te ipso; numquam labere, si te audies. non scribo hoc temere; cui scribam, video; novi animum, novi consilium tuum; non vereor, ne quid timide, ne quid stulte facias, si ea defendes, quae ipse recta esse senties. quod in rei publicae tempus non incideris, sed <sup>2</sup> veneris – iudicio enim tuo, non casu in ipsum discrimen rerum contulisti tribunatum tuum –, profecto vides; quanta vis in re publica temporum sit, quanta varietas rerum, quam incerti exitus, quam flexibiles hominum voluntates, quid insidiarum, quid vanitatis in vita, non dubito, quin cogites. sed, amabo te, cura et cogita – nihil novi, sed illud idem, quod initio scripsi: tecum loquere, te adhibe in consilium, te audi, tibi obtempera. alteri qui melius consilium dare possit quam tu, non facile inveniri potest; tibi vero ipsi certe nemo melius dabit. di immortales! cur ego absum vel spectator laudum tuarum vel particeps vel socius vel minister consiliorum? tametsi hoc minime tibi deest;



verpflichtet fühlen als Milo selbst, denn meine Begnadigung, bei der ich vornehmlich seine Hilfe erfahren habe, ist mir nicht so viel wert gewesen, wie mich das Gefühl, einen Liebesdienst zu vergelten, befriedigen wird. Dazu kann mir aber, wie ich glaube, einzig Deine Hilfsbereitschaft verhelfen.

(Rom, i. J. 53)

## 7.

M. Cicero, der Imperator, grüßt C. Curio, den Volkstribunen.

Auch ein verspäteter Glückwunsch findet für gewöhnlich keinen Tadel, zumal wenn er nicht aus Gleichgültigkeit unterblieben ist; ich bin ja weit weg und höre erst jetzt davon. Also ich beglückwünsche Dich, wünsche von Herzen, daß Dir Dein Tribunat zu ewigem Ruhme gereichen möge, und rate Dir, Dich in allem von Deiner Klugheit lenken und leiten zu lassen, damit Dich nicht Ratschläge von anderer Seite vom rechten Wege abbringen. Niemand könnte Dir weiseren Rat erteilen als Dein eigenes Ich; nie wirst Du straucheln, wenn Du auf Dich hörst. Ich sage das nicht so daher; ich weiß, wem ich es sage, kenne Deinen Charakter, kenne Deine Besonnenheit und brauche nicht zu besorgen, Du könntest etwas aus Angst oder Torheit unternehmen, wenn Du das vertrittst, was Du selbst als recht empfindest. Wie gespannt die politische Lage ist, in die Du nicht hineingestolpert, sondern mit vollem Bewußtsein eingetreten bist, darüber bist Du Dir natürlich klar, denn wohlüberlegt, nicht zufällig hast Du Dir den entscheidenden Zeitpunkt für Dein Tribunat ausgesucht. Welchen Einfluß auf die Politik die Zeitumstände, die bunt wechselnden Ereignisse haben, wie ungewiß die Ergebnisse sind, wie unbeständig die Stimmungen der Leute, welche Rolle im Leben Hinterlist und eitles Gerede spielen, dessen bist Du Dir zweifellos bewußt. Aber ich bitte Dich, Sorge und Sinne – nichts Neues, bleib bei dem, was ich Dir oben gesagt habe: sprich mit Dir, geh mit Dir zu Rate, höre auf Dich, gehorche Dir! Schwerlich fände man jemanden, der einem andern besser zu raten wüßte als Du; Dir selbst vollends wird gewiß niemand besser raten können. Mein Gott! Warum bin ich nicht dabei als Augenzeuge Deiner Ruhmestaten, als Teilhaber, Genosse und Helfer Deiner Entschlüsse! Freilich, an Einsicht gebricht es Dir keines-

sed tamen efficeret magnitudo et vis amoris mei, consilio te ut possem iuvare.

Scribam ad te plura alias; paucis enim diebus eram 3 missurus domesticos tabellarios, ut, quoniam sane feliciter et ex mea sententia rem publicam gessimus, unis litteris totius aetatis res gestas ad senatum perscriberem.

De sacerdotio tuo quantam curam adhibuerim quamque difficili in re atque causa, cognosces ex iis litteris, quas Thrasoni, liberto tuo, dedi.

Te, mi Curio, pro tua incredibili in me benevolentia 4 meaque item in te singulari rogo atque oro, ne patiare quicquam mihi ad hanc provincialem molestiam temporis prorogari. praesens tecum egi, cum te tr. pl. isto anno fore non putarem, itemque petivi saepe per litteras, sed tum quasi a sectatore, nobilissimo tamen adulescente et gratiosissimo, nunc a tr. pl. et a Curione tribuno, non, ut decernatur aliquid novi, quod solet esse difficilius, sed ut ne quid novi decernatur, ut et senati consultum et leges defendas, eaque mihi condicio maneat, qua profectus sum. hoc te vehementer etiam atque etiam rogo.

## VIII.

M. CICERO PROCOS. S. D. M. CAELIO.

Quid? tu me hoc tibi mandasse existimas, ut mihi 1 gladiatorum compositiones, ut vadimonia dilata et Chresti compilationem mitteres et ea, quae nobis, cum Romae sumus, narrare nemo audeat? vide, quantum tibi meo iudicio tribuam – nec mercule iniuria; *πολιτικώτερον* enim te adhuc neminem cognovi –: ne

wegs; immerhin würde meine große, starke Liebe mich befähigen, Dir mit gutem Rat zur Seite zu stehen.

Ich schreibe Dir ein andermal mehr; in ein paar Tagen werde ich nämlich meine eigenen Kuriere absenden. Ich habe ja nicht ganz ohne Glück und mit dem erwünschten Erfolg für den Staat gekämpft und möchte also dem Senat in einem ausführlichen Schreiben über die Ereignisse des ganzen Sommers berichten.

Wie energisch ich mich für Deine Priesterstelle eingesetzt habe und wie schwierig die Sache an sich und in Deinem besonderen Falle ist, wirst du aus dem Briefe ersehen, den ich Deinem Freigelassenen Thraso mitgegeben habe.

Dich, mein Curio, bitte ich im Namen unsrer gegenseitigen unvergleichlichen Hochachtung inständig, nicht zu dulden, daß mir diese leidige Statthalterschaft auch nur um einen Augenblick verlängert wird. Ich habe schon persönlich mit Dir darüber gesprochen, als ich noch nicht ahnte, daß Du in diesem Jahre Volkstribun werden würdest, und ebenso habe ich Dich brieflich mehrfach gebeten; aber da warst Du gleichsam nur mein Schüler, wenn auch ein hochadeliger, einflußreicher junger Mann; jetzt wende ich mich an einen Volkstribunen, den Tribunen Curio, nicht, daß etwas Außergewöhnliches beschlossen wird, – das ist meist nicht ganz leicht –, sondern daß etwas Außergewöhnliches nicht beschlossen wird, daß Du für den Senatsbeschluß und die Gesetze eintrittst und an den Bedingungen, unter denen ich abgereist bin, nichts geändert wird. Darum bitte ich Dich dringend ein ums andre Mal.

(Vor Pindenissus, den 19. Dezember [13. XI.] 51)

## 8.

M. Cicero, der Prokonsul, grüßt M. Caelius.

Wie? Meinst Du wirklich, ich hätte Dich damit beauftragt, mir von der Gruppierung der Fechterpaare, von aufgeschobenen Bürgerschaftsleistungen zu berichten, mir Chrestus' Sammelsurium zukommen zu lassen und all das Zeug, das mir, wenn ich in Rom bin, niemand zu erzählen wagt? Sieh nur, wieviel ich aus ehrlicher Überzeugung von Dir halte – und gewiß mit Recht, denn einen so politischen Kopf wie Dich habe ich bisher noch nicht gefunden:

illa quidem curo mihi scribas, quae maximis in rebus rei publicae geruntur cotidie, nisi quid ad me ipsum pertinebit; scribent alii, multi nuntiabunt, perferet multa etiam ipse rumor. quare ego nec praeterita nec praesentia abs te, sed ut ab homine longe in posterum prospiciente futura expecto, ut, ex tuis litteris cum formam rei publicae viderim, quale aedificium futurum sit, scire possim.

Neque tamen adhuc habeo, quod te accusem; neque enim fuit, quod tu plus providere posses quam quivis nostrum in primisque ego, qui cum Pompeio complures dies nullis in aliis nisi de re publica sermonibus versatus sum; quae nec possunt scribi nec scribenda sunt; tantum habeto, civem egregium esse Pompeium et ad omnia, quae providenda sunt in re publica, et animo et consilio paratum. quare da te homini; complectetur, mihi crede. iam idem illi et boni et mali cives videntur, qui nobis videri solent.

Ego cum Athenis decem ipsos dies fuissem multumque mecum Gallus noster Caninius, proficiscebar inde prid. Non. Quint., cum hoc ad te litterarum dedi.

Tibi cum omnia mea commendatissima esse cupio tum nihil magis, quam ne tempus nobis provinciae prorogetur; in eo mihi sunt omnia. quod quando et quo modo et per quos agendum sit, tu optime constitues.

## IX.

M. CICERO PROCOS. S. D. M. CAELIO AEDILI  
CVR. DESIGNATO.

Primum tibi, ut debeo, gratulor laetorque cum praesenti tum etiam sperata tua dignitate, serius non

Du brauchst mir nicht einmal zu schreiben, was Tag für Tag in der hohen Politik vorgeht, es sei denn, es beträfe mich persönlich. Davon werden mir andre schreiben und viele mündlich berichten, manches wird schon das Gerücht mir zutragen. Darum erwarte ich weder Vergangenes noch Gegenwärtiges von Dir, sondern, als von einem Manne, der weit in die Zukunft blickt, das Zukünftige, damit ich mir ein Bild machen kann, wie der fertige Staatsbau aussehen wird, nachdem ich aus Deinen Briefen den Grundriß ersehen habe.

Allerdings habe ich bisher keinen Anlaß, Dir Vorwürfe zu machen. Es ist ja nichts passiert, was Du besser hättest voraussehen können als jeder andre von uns und vornehmlich ich selbst, der ich mich mehrere Tage lang mit Pompeius über nichts anderes als über die politische Lage unterhalten habe. Davon kann ich und darf ich nicht schreiben; nur soviel laß Dir gesagt sein: Pompeius ist ein großartiger Mann, bereit, mit Herz und Hand alle Maßnahmen zu ergreifen, die die politische Entwicklung erfordert. Darum schließ Dich ihm an; glaub' mir, er wird Dich mit offenen Armen aufnehmen! Nachgerade hält er dieselben Leute für gute oder schlechte Staatsbürger wie wir beide zumeist.

Ich habe mich die ganzen letzten zehn Tage in Athen aufgehalten und bin viel mit unserm Gallus Caninius zusammengewesen. Von hier fahre ich heute ab, am 6. Quintilis, an dem ich Dir diesen kurzen Brief schreibe.

Nimm Dich bitte aller meiner Belange energisch an, vor allem aber, daß mir die Zeit meiner Statthalterschaft nicht verlängert wird! Das ist mein Hauptanliegen. Wann, wie und mit wessen Vermittlung Du das in die Hand nehmen willst, wirst Du selbst am besten entscheiden.

(Athen, den 6. Juli [4. VI.] 51)

9.

M. Cicero, der Prokonsul,  
grüßt

M. Caelius, den designierten Kurulädilen.

Wie es sich gehört, gratuliere ich Dir zunächst einmal und freue mich über Deinen gegenwärtigen wie über den erhofften Rang;

neglegentia mea, sed ignoratione rerum omnium; in iis enim sum locis, quo et propter longinquitatem et propter latrocinia tardissime omnia perferuntur. et cum gratulor tum vero, quibus verbis tibi gratias agam, non reperio, quod ita factus sis, ut dederis nobis, quem ad modum scripseras ad me, quem semper ridere possemus. itaque, cum primum audivi, ego ille ipse factus sum – scis quem dicam – egique omnis illos adulescentes, quos ille iactitat. difficile est loqui; 2 te autem contemplans absentem et quasi tecum coram loquerer:

‘non édepol, quantam rem égeris neque quántum facinus feceris;  
quod quia praeter opinionem mihi acciderat, referebam me ad illud:

‘incredibile hoc fáctu obicitur’;

repente vero ‘incessi omnibus laetitiis laetus.’ in quo cum obiurgarer, quod nimio gaudio paene desiperem, ita me defendebam:

‘égo voluptatem animi nimiam . . .’  
quid quaeris? dum illum rideo, paene sum factus ille. sed haec pluribus multaque alia et de te et ad te, quom 3 primum ero aliquid nactus otii. te vero, mi Rufe, diligo, quem mihi fortuna dedit amplificatorem dignitatis meae, ultorem non modo inimicorum sed etiam invidorum meorum, ut eos partim scelerum suorum, partim etiam ineptiarum paeniteret.

## X.

M. CICERO IMP. S. D. M. CAELIO AEDILI  
CVRVLI DESIGNATO.

Tu vide, quam ad me litterae non perferantur; non 1 enim possum adduci, ut abs te, postea quam aedilis es

ziemlich spät, aber nicht, weil ich saumselig bin, sondern weil ich von nichts etwas wußte. Ich befinde mich ja in einer Gegend, wohin alle Nachrichten wegen der weiten Entfernung und der Räuberbanden nur sehr langsam gelangen. Also ich beglückwünsche Dich; für meinen Dank an Dich finde ich aber wirklich nicht die rechten Worte, daß Du uns mit Deiner Wahl, wie Du Dich ausdrückst, „ein Objekt verschafft hast, über das wir dauernd lachen können“. So bin ich denn, sobald ich davon hörte, selbst in seine Haut gekrochen – Du weißt, wen ich meine – und habe mich in die Rolle all der jungen Leute versetzt, mit denen er herumprahlt. Ich weiß gar nicht, was ich sagen soll. Aber mit dem Blick auf Dich in der Ferne und gleichsam vor Dir sitzend, würde ich sprechen:

„Beim Pollux! Nein! Daß Du das fertiggekriegt und solche Heldentat vollbracht hast!“

Und weil mir das wider alles Erwarten passiert ist, fällt mir der Vers ein:

„Kaum zu glauben, was mir da in den Schoß gefallen ist!“

Und dann plötzlich „ging ich einher, unbändig vor Freude“. Und schildert man mich dabei, daß ich vor übermäßiger Freude fast den Verstand verloren habe, dann verteidige ich mich mit dem Worte:

„Für ein ganz besonderes Vergnügen halte ich . . .“

Du wunderst Dich? Ja, während ich über den Kerl lache, bin ich beinahe selbst der Kerl geworden. Aber davon und von vielem andern über Dich und an Dich ausführlicher, sobald ich ein wenig zur Ruhe gekommen bin. Du aber bist ein Prachtmensch, mein Rufus, den mir das Schicksal als Förderer meiner Würde, als Rächer an meinen Feinden und Neidern geschenkt hat! Sie sollen ihre Verbrechen, ihre Albernheiten noch bereuen!

(Bei Mopsuestia, den 8. Oktober [3. IX.] 51)

10.

M. Cicero, der Imperator  
grüßt

M. Caelius, den designierten Kurulädilen.

Da siehst Du, wie schwer Briefe zu mir durchkommen. Denn ich kann mir nicht denken, daß Du seit Deiner Wahl zum Ädilen über-

factus, nullas putem datas, praesertim cum esset tanta res tantae gratulationis, de te, quia, quod sperabam, de Hillo – balbus enim sum –, quod non putaram. atqui sic habeto, nullam me epistulam accepisse tuam post comitia ista praeclara, quae me laetitia extulerunt; ex quo vereor, ne idem eveniat in meas litteras. equidem numquam domum misi unam epistulam, quin esset ad te altera, nec mihi est te iucundius quicquam nec carius. sed – balbi non sumus – ad rem redeamus.

Ut optasti, ita est; velles enim, ais, tantum modo ut haberem negotii, quod esset ad laureolam satis, Parthos times, quia diffidis copiis nostris. ergo ita accidit; nam Parthico bello nuntiato locorum quibusdam angustiis et natura montium fretus ad Amanum exercitum adduxi satis probe ornatum auxiliis et quadam auctoritate apud eos, qui me non norant, nominis nostri; multum est enim in his locis: ‘hicine est ille, qui urbem? quem senatus?’ nosti cetera.

Cum venissem ad Amanum, qui mons mihi cum Bibulo communis est divisus aquarum divertiis, Cassius noster, quod mihi magnae voluptati fuit, feliciter ab Antiochea hostem reiecerat, Bibulus provinciam acceperat.

Interea cum meis copiis omnibus vexavi Amanien-  
sis, hostis sempiternos; multi occisi, capti, reliqui  
dissipati; castella munita improviso adventu capta et  
incensa. ita victoria iusta imperator appellatus apud  
Issum, quo in loco, saepe ut ex te audivi, Clitarchus  
tibi narravit Dareum ab Alexandro esse superatum,  
abduxi exercitum ad infestissimam Ciliciae partem.  
ibi quintum et vicesimum iam diem aggeribus, viniis,  
turribus oppugnabam oppidum munitissimum, Pin-



haupt nicht an mich geschrieben haben solltest, zumal ein so großer Erfolg einen warmen Glückwunsch verdiente, was Dich angeht, weil sich meine Erwartungen erfüllt haben, was Hillus angeht – ich stottete nämlich –, weil ich es nicht erwartet hatte. Aber ich habe wirklich keinen Brief von Dir erhalten seit Deiner glänzenden Wahl, die mich ganz aus dem Häuschen gebracht hat, und so befürchte ich, daß es mit meinen Briefen ebenso geht. Ich habe niemals nach Hause geschrieben, ohne nicht auch einen Brief an Dich beizulegen, und Du bist mir überhaupt das Liebste und Teuerste, was es gibt. Aber ich bin kein Stammler, und so wollen wir zur Sache kommen.

Dein Wunsch ist in Erfüllung gegangen. Denn Du sagst, Du wünschtest, es möchte sich mir eine Aufgabe stellen, die für ein paar Lorbeerblätter gerade ausreicht, hast aber Angst vor den Parthern, weil Du meinen Streitkräften nicht eben viel zutraust. Jetzt ist es also soweit. Nachdem ich Meldung von dem Partherkrieg bekommen hatte, habe ich im Vertrauen auf einige Engpässe und das gebirgige Gelände mein Heer zum Amanus geführt, ganz anständig mit Hilfsvölkern versehen und ausgerüstet mit einer Art von Autorität meines Namens bei denen, die mich nicht kennen. Denn hier heißt es überall: „Ist das der Kerl, der die Stadt . . .?“ „Den der Senat . . .?“ Nun, Du weißt schon Bescheid.

Als ich zum Amanus kam – dies Gebirge bildet mit der Wasserscheide die Grenze zwischen mir und Bibulus –, hatte unser Casius zu meiner großen Freude den Feind glücklich von Antiochia zurückgeworfen; Bibulus hatte die Provinz übernommen.

Ich brandschatzte derweilen die Amanienser, ewige Feinde, mit all meinen Truppen; viele wurden getötet oder gefangengenommen, der Rest zersprengt. Feste Plätze wurden durch Handstreich genommen und in Brand gesteckt. So bin ich denn nach einem regelrechten Siege bei Issus zum Imperator ausgerufen worden, wo, wie ich mehrfach von Dir gehört habe, nach der Erzählung Deines Clitarch Alexander den Darius geschlagen hat. Ich führte mein Heer dann in den feindseligsten Teil von Cilicien. Dort liege ich nun schon 24 Tage und bestürme eine stark befestigte Stadt, Pindenissus, mit Dämmen, Sturmlauben und Türmen, unter gewal-

denissimum, tantis opibus tantoque negotio, ut mihi ad summam gloriam nihil desit nisi nomen oppidi. quod 4 si, ut spero, cepero, tum vero litteras publice mittam; haec ad te in praesenti scripsi, ut sperares te adsequi id, quod optasses.

Sed ut redeam ad Parthos, haec aestas habuit hunc exitum satis felicem; ea, quae sequitur, magno est in timore. quare, mi Rufe, vigila, primum ut mihi succedatur; sin id erit, ut scribis et ut ego arbitror, spissius, illud, quod facile est, ne quid mihi temporis pro-rogetur.

De re publica ex tuis litteris, ut antea tibi scripsi, cum praesentia tum etiam futura magis exspecto. quare, ut ad me omnia quam diligentissime perscribas, te vehementer rogo.

## XI.

### M. CICERO IMP. S. D. M. CAELIO AEDILI CVRVLI.

M. Fabio, viro optimo et homine doctissimo, familiarissime utor mirificeque eum diligo cum propter summum ingenium eius summamque doctrinam tum propter singularem modestiam. eius negotium sic velim suscipias, ut si esset res mea. novi ego vos magnos patronos; hominem occidat oportet, qui vestra opera uti velit. sed in hoc homine nullam accipio excusationem. omnia relinques, si me amabis, cum tua opera Fabius uti volet.

Ego res Romanas vehementer exspecto et desidero in primisque, quid agas, scire cupio; nam iam diu propter hiemis magnitudinem nihil novi ad nos adferebatur.

tigen Schwierigkeiten und Aufwand gewaltiger Mittel, so daß mir zum höchsten Ruhme nichts weiter fehlt als ein bekannter Stadtname. Nehme ich sie ein, wie ich hoffe, dann schicke ich einen offiziellen Bericht ein. Dir schreibe ich dies schon heute, damit Du Dir Hoffnung machen kannst, Deinen Wunsch erfüllt zu sehen.

Um noch einmal auf die Parther zu kommen: dieser Sommer ist hiermit verhältnismäßig glücklich zu Ende gegangen; dem kommenden sehen wir mit schweren Befürchtungen entgegen. Darum, mein Rufus, sei wach, vor allem, daß ich einen Nachfolger erhalte; verzögert sich das, wie Du schreibst und wie ich vermute, dann verhindere, was nicht schwer sein wird, daß mir meine Statthalter-schaft verlängert wird.

Was die Politik angeht, so erwarte ich, aus Deinen Briefen, wie ich Dir neulich schrieb, den gegenwärtigen Stand und besonders die Aussichten für die Zukunft zu erfahren, und ich bitte Dich somit dringend, mir alles haarklein zu berichten.

(Vor Pindenissus, den 14. November [10. X.] 51)

#### 11 (14).

M. Cicero, der Imperator, grüßt M. Caelius, den Kurulädilen.

Mit M. Fabius, einem trefflichen, hochgebildeten Manne, verkehre ich freundschaftlich und schätze ihn riesig wegen seiner glänzenden Begabung und umfassenden Bildung wie auch wegen seiner außerordentlichen Bescheidenheit. Nimm Dich seiner Angelegenheit an, als ob es sich um meine Belange handelte. Ich kenne Euch großschnauzigen Patrone: man muß erst einen Menschen totschiagen, wenn man Euch bemühen will. Aber bei diesem Manne lasse ich keine Ausrede gelten. Laß bitte alles im Stiche, wenn Fabius Deine Hilfe benötigt.

Ich vermisse und erwarte sehnsüchtig Nachrichten aus Rom; vor allem möchte ich wissen, wie es Dir geht. Schon lange ist ja wegen des harten Winters nichts Neues zu uns durchgedrungen.

(Laodicea, im Februar [I.] 50)

## XII.

M. CICERO IMP. S. D. M. CAELIO AEDILI  
CVRVLI.

Putaresne unquam accidere posse, ut mihi verba <sup>1</sup>   
dessent, neque solum ista vestra oratoria, sed haec   
etiam levia nostratia? desunt autem propter hanc cau-   
sam, quod mirifice sum sollicitus, quidnam de provin-   
ciis decernatur. mirum me desiderium tenet urbis,   
incredibile meorum atque in primis tui, satietas autem   
provinciae, vel quia videmur eam famam consecuti,   
ut non tam accessio quaerenda quam fortuna metuen-   
da sit, vel quia totum negotium non est dignum viri-   
bus nostris, qui maiora onera in re publica sustinere   
et possim et soleam, vel quia belli magni timor impen-   
det, quod videmur effugere, si ad constitutam diem   
decedemus.

De pantheris per eos, qui venari solent, agitur man- <sup>2</sup>   
datu meo diligenter; sed mira paucitas est, et eas, quae   
sunt, valde aiunt queri, quod nihil cuiquam insidiarum   
in mea provincia nisi sibi fiat. itaque constituisse di-   
cuntur in Cariam ex nostra provincia decedere. sed   
tamen sedulo fit et in primis a Patisco. quicquid erit,   
tibi erit, sed quid esset, plane nesciebamus.

Mihi mercule magnae curae est aedilitas tua; ipse   
dies me admonebat; scripsi enim haec ipsis Megalen-   
sibus.

Tu velim ad me de omni rei publicae statu quam   
diligentissime perscribas; ea enim certissima putabo,   
quae ex te cognoro.

## XIII.

M. CICERO IMP. S. D. M. CAELIO AEDILI  
CVRVLI.

Raras tuas quidem – fortasse enim non perferun- <sup>1</sup>   
tur –, sed suavis accipio litteras; vel quas proxime ac-

## 12 (11).

M. Cicero, der Imperator, grüßt M. Caelius, den Kurulädilen.

Hätte man es je für möglich halten sollen, daß es mir an Worten fehlen könne, und zwar nicht nur an Eurer gewählten Rhetorik dort, sondern auch an diesem meinem leichten Jargon? Und der Grund dafür ist der, daß ich furchtbar besorgt bin, was über die Provinzen beschlossen wird. Du glaubst gar nicht, wie riesig ich mich nach der Hauptstadt sehne, nach meinen Lieben und nicht zuletzt nach Dir. Die Provinz habe ich gründlich satt, weil ich glaube, mir einen so guten Leumund verschafft zu haben, daß ich nicht so sehr auf eine Steigerung bedacht sein wie einen Umschlag befürchten muß; vielleicht auch, weil die ganze Geschichte meinen Einsatz nicht lohnt, der ich fähig und gewohnt bin, schwerere Lasten im Staatsleben zu tragen, oder weil ein schwerer Krieg zu befürchten steht, dem ich wahrscheinlich entgegengehe, wenn ich am festgesetzten Tage abtrete.

In Sachen der Panther wird in meinem Auftrage von den professionellen Jägern eifrig gearbeitet. Aber es gibt verblüffend wenige, und die wenigen beklagen sich angeblich bitter, daß sie die einzigen Lebewesen in meiner Provinz sind, die man nicht unbehelligt läßt. Darum sollen sie beschlossen haben, aus meiner Provinz nach Carien auszuwandern. Immerhin sind die Leute eifrig dabei, vor allem Patiscus. Alles, was sie kriegen, sollst Du haben; aber wieviel es ist, weiß ich wirklich nicht.

Ich denke weiß Gott immer an Deine Ädilität; gerade das heutige Datum erinnert mich daran, denn ich schreibe diesen Brief genau am Tage der Megalesien.

Du schreib mir bitte so eingehend wie möglich über die ganze politische Lage, denn was ich von Dir erfahre, wird mir als besonders zuverlässig gelten.

(Laodicea, den 4. April [23. II.] 50)

## 13.

M. Cicero, der Imperator, grüßt M. Caelius, den Kurulädilen.

Nur selten erhalte ich einen Brief von Dir – vielleicht kommen ja nicht alle an –, aber immer sind sie reizend; so auch der, den ich

ceperam, quam prudentis, quam multi et officii et consilii! etsi omnia sic constitueram mihi agenda, ut tu admonebas, tamen confirmantur nostra consilia, cum sentimus prudentibus fideliterque suadentibus idem videri.

Ego Appium, ut saepe tecum locutus sum, valde <sup>2</sup> diligo meque ab eo diligi statim coeptum esse, ut simultatem deposuimus, sensi; nam et honorificus in me cos. fuit et suavis amicus et studiosus studiorum etiam meorum; mea vero officia ei non defuisse tu es testis, quod iam *χωμικὸς μάρτυς*, ut opinor, accedit Phania, et mercule etiam pluris eum feci, quod te amari ab eo sensi. iam me Pompei totum esse scis; Brutum a me amari intellegis. quid est causae, cur mihi non in optatis sit complecti hominem florentem aetate, opibus, honoribus, ingenio, liberis, propinquis, adfinibus, amicis, conlegam meum praesertim et in ipsa collegii laude et scientia studiosum mei?

Haec eo pluribus scripsi, quod non nihil significabant tuae litterae subdubitare, qua essem erga illum voluntate. credo te audisse aliquid. falsum est, mihi crede, si quid audisti. genus institutorum et rationum mearum dissimilitudinem non nullam habet cum illius administratione provinciae; ex eo quidam suspicati fortasse sunt animorum contentione, non opinionum dissensione me ab eo discrepare; nihil autem feci umquam neque dixi, quod contra illius existimationem esse vellem, post hoc negotium autem et temeritatem nostri Dolabellae deprecatores me pro illius periculo praebeo.

Erat in eadem epistula 'veteranus civitatis.' gaude- <sup>3</sup> bam sane et congelasse nostrum amicum laetabar otio. extrema pagella pupugit me tuo chirographo. quid

kürzlich bekommen habe, wie wohlüberlegt, wie voll von Dienstbeflissenheit und klugem Rat! Zwar wollte ich an sich schon in allem so verfahren, wie Du es mir vorschlägst, aber ich fühle mich in meinen Entschlüssen bestärkt, wenn ich sehe, daß kluge Freunde und getreue Ratgeber damit einverstanden sind.

Appius schätze ich sehr, wie ich Dir oft versichert habe, und weiß, daß er gleich, als die Spannungen zwischen uns beseitigt waren, begonnen hat, mich zu schätzen. Denn als Konsul war er aufmerksam gegen mich, ein angenehmer Freund, der sich sogar für meine wissenschaftlichen Studien interessierte. Daß auch ich ihm keinen Dienst versagt habe, dessen bist Du selbst Zeuge, dem nunmehr wohl Phania wie der gute Onkel in der Komödie zur Seite tritt, und jetzt, wo ich sehe, daß er auch von Dir viel hält, steigt er weiß Gott noch in meiner Achtung. Daß ich Pompeius mit Leib und Seele ergeben bin, weißt Du und kennst meine Liebe zu Brutus. Kein Grund also, nicht den Wunsch zu haben, einen Mann in mein Herz zu schließen, der in der Blüte der Jahre steht, Reichtum, Ehren und Verstand besitzt, dazu Kinder, Verwandte, Verschwägerte, Freunde, zumal er mein Kollege ist und sich gerade mit seiner kenntnisreichen Lobschrift auf unser Kollegium an mir interessiert zeigt.

Ich gehe auf diese Dinge so ausführlich ein, weil Dein Brief durchblicken läßt, daß Du Dir nicht ganz sicher bist, wie ich zu ihm stehe. Vermutlich hast Du etwas läuten hören. Glaub' mir, es stimmt nicht, falls Du etwas gehört hast. Meine Maßnahmen und Grundsätze sind ein wenig verschieden von seiner Provinzialverwaltung; daraus haben die Leute vielleicht den Schluß gezogen, ich sei mit ihm uneins nicht auf Grund des Mißverhältnisses unsrer Anschauungen, sondern aus grundsätzlicher Antipathie. Ich habe aber nie etwas getan oder gesagt, was seiner Reputation schaden sollte, und jetzt, nach dieser Geschichte, nach der unbesonnenen Unternehmung unsres Dolabella, stelle ich mich ihm als Fürsprecher in seiner prekären Lage zur Verfügung.

In Deinem Briefe sprichst Du auch von einer „Lethargie“ der Bürgerschaft. Das hast Du wirklich hübsch gesagt, und daß unser Freund nichts tut und eingefroren ist, macht mir Spaß. Die letzte Seite von Deiner eigenen Hand hat mir einen Stich versetzt. Was

ais? Caesarem nunc defendit Curio? quis hoc putaret praeter me? nam, ita vivam, putavi. di immortales, quam ego risum nostrum desidero!

Mihi erat in animo, quoniam iuris dictionem con- 4  
feceram, civitates locupletaram, publicanis etiam superioris lustris reliqua sine sociorum ulla querela conservaram, privatis, summis infimis, fueram iucundus, proficisci in Ciliciam Non. Maiis et, cum prima aestiva attigissem militemque conlocassem, decedere ex senatus consulto. cupio te aedilem videre miroque desiderio me urbs adfcit et omnes mei tuque in primis.

#### XIV.

M. CICERO IMP. S. D. M. CAELIO AEDILI  
CVRVLI.

Sollicitus equidem eram de rebus urbanis; ita tumultuosae contiones, ita molestae Quinquatrus adferebantur – nam ceteriora nondum audiebamus –; sed tamen nihil me magis sollicitabat quam in iis molestiis non me, si quae ridenda essent, ridere tecum; sunt enim multa, sed ea non audeo scribere. illud moleste fero, nihil me adhuc his de rebus habere tuarum litterarum. quare etsi, cum tu haec leges, ego iam annum munus confecero, tamen obviae mihi velim sint tuae litterae, quae me erudiant de omni re publica, ne hospes plane veniam. hoc melius quam tu facere nemo potest.

Diogenes tuus, homo modestus, a me cum Philone 2  
Pessinunte discessit. iter habebant ad Adiatorigem, quamquam omnia nec benigna nec copiosa cognorant.

Urbem, urbem, mi Rufe, cole et in ista luce vive; omnis peregrinatio, quod ego ab adolescentia iudicavi,



sagst Du? Curio tritt jetzt für Caesar ein? Wer hätte das erwartet außer mir! Denn, so wahr ich lebe, ich habe es geahnt. Mein Gott! Wie gerne würde ich mit Dir darüber lachen!

Mit der Rechtsprechung bin ich fertig, habe die Gemeinden bereichert, den Steuerpächtern die Rückstände auch aus dem vorigen Lustrum ohne irgendwelche Beschwerden seitens der Bündner sichergestellt, habe es den Privatleuten, Hoch und Niedrig, recht gemacht und will mich somit am 7. Mai nach Cilicien auf den Weg machen. Wenn ich dann die nächstgelegenen Sommerlager inspiziert und die Soldaten einquartiert habe, kann ich, wie der Senat es beschlossen hat, nach Hause gehen. Ich hoffe, Dich noch als Ädilen anzutreffen. Ich sehne mich ganz riesig nach der Hauptstadt, nach all meinen Lieben und besonders nach Dir.

(Laodicea, Anfang Mai [um den 25. III.] 50)

14 (12).

M. Cicero, der Imperator, grüßt M. Caelius, den Kurulädilen.

Ich bin beunruhigt wegen der Vorgänge in der Hauptstadt. Diese tumultuarischen Volksversammlungen, diese unerfreulichen Quinquatrus, von denen man hier hört! Das sind nämlich die letzten Ereignisse, von denen ich weiß. Doch ärgert mich nichts mehr, als daß ich bei diesen unerfreulichen Vorgängen nicht mit Dir zusammen lachen konnte, wenn es dabei etwas zu lachen gab. Und daran fehlt es ja nicht, aber ich wage nicht, davon zu schreiben. Eins ist mir gar nicht recht: daß ich bisher keine briefliche Nachricht von Dir über diese Vorgänge habe. Freilich habe ich, wenn Du dies liest, mein auf ein Jahr berechnetes Amt schon hinter mir; trotzdem möchte ich, ein Brief von Dir eilte mir entgegen, der mich über die ganze politische Lage informiert, damit ich nicht als gänzlich Fremder nach Hause komme. Das bekommt niemand besser fertig als Du.

Dein Diogenes, ein bescheidener Mann, hat mich zusammen mit Philo in Pessinus verlassen. Sie reisten zu Adiatorix, obwohl sie erfahren hatten, daß man einfach nicht zahlen will und auch nicht zahlen kann.

Die Stadt, mein Rufus, die Stadt halte hoch und freue Dich Deines Lebens in ihrem Glanze! Alles Leben in der Fremde – die

obscura et sordidast iis, quorum industria Romae potest inlustris esse. quod cum probe scirem, utinam in sententia permansissem! cum una mercule ambulatiuncula atque uno sermone nostro omnis fructus provinciae non confero. spero me integritatis laudem 3 consecutum; non erat minor ex contemnenda quam est ex conservata provincia. 'spem triumphis?' inquis. satis gloriose triumpharem; non essem quidem tam diu in desiderio rerum mihi carissimarum. sed, ut spero, propediem te videbo.

Tu mihi obviam mitte epistulas te dignas.

XV.

M. CICERO IMP. S. D. M. CAELIO AEDILI  
CVRVLI.

Non potuit accuratius agi nec prudentius, quam est 1 actum a te cum Curione de supplicatione, et hercule confecta res ex sententia mea est cum celeritate, tum quod is, qui erat iratus, competitor tuus et idem meus, adsensus est ei, qui ornavit res nostras divinis laudibus. quare scito me sperare ea, quae sequuntur; ad quae tu te para.

Dolabellam a te gaudeo primum laudari, deinde 2 etiam amari; nam ea, quae speras Tulliae meae prudentia temperari posse, scio cui tuae epistulae respondeant. quid, si meam legas, quam ego tum ex tuis litteris misi ad Appium? sed quid agas? sic vivitur. quod actum est, di adprobent. spero fore iucundum generum nobis, multumque in eo tua nos humanitas adiuvabit.

Res publica me valde sollicitat. faveo Curioni, Cae- 3 sarem honestum esse cupio, pro Pompeio emori pos-

Erfahrung habe ich von Jugend auf gemacht – ist dunkel und bedrückend für jeden, der in Rom mit seiner Tatkraft glänzen kann. Das wußte ich ganz genau; ach, wäre ich doch nicht von meiner Überzeugung abgegangen! Ein einziger kleiner Spaziergang, ein Schwatz mit Dir wiegt weiß Gott schwerer als alle Erfolge meiner Provinzialverwaltung. Ich hoffe, mir den Ruhm der Uneigennützigkeit erworben zu haben. Er wäre nicht geringer gewesen, wenn ich auf die Provinz verzichtet hätte, als jetzt, nachdem ich sie gut verwaltet habe. „Hoffnung auf einen Triumph?“ sagst Du. Ich würde nicht ganz ruhmlos triumphieren, brauchte mich jedenfalls nicht so lange nach dem Liebsten, was ich habe, zu sehnen. Aber hoffentlich sehe ich Dich demnächst!

Schicke mir einen Brief entgegen, wie er Deiner würdig ist!  
(Im Feldlager in Cilicien, kurz vor dem 26. Juni [16. V.] 50)

## 15.

M. Cicero, der Imperator, begrüßt M. Caelius, den Kurulädilen.

Sorgsamer und geschickter konnte wirklich nicht verhandelt werden, als Du mit Curio über mein Dankfest verhandelt hast, und die Sache ist ganz in meinem Sinne verlaufen, sowohl was die schnelle Erledigung angeht, als auch insofern, als der Wüterich, Dein und ebenfalls mein Mitbewerber, demjenigen zugestimmt hat, der meine Taten über den grünen Klee pries. Darum laß Dir sagen, daß ich jetzt das Weitere erwarte; rüste Dich also darauf!

Daß Du Dolabella lobst und dann auch liebst, freut mich. Denn wenn Du der Hoffnung Ausdruck gibst, gewisse Dinge könnten durch die Klugheit meiner Tullia in das rechte Maß gebracht werden, so weiß ich, auf welchen Deiner Briefe Du damit anspielst. Wie wäre es, wenn Du meinen läsest, den ich seinerzeit auf Deinen Brief hin an Appius gerichtet habe? Aber was könntest Du ausrichten? Es muß eben gehen, wie es geht. Geschehen ist geschehen, und die Götter mögen ihren Segen dazu geben. Ich hoffe, an meinem Schwiegersohn Freude zu haben, und dazu wird Deine Liebenswürdigkeit nicht wenig beitragen.

Die Politik macht mir arge Kopfschmerzen. Für Curio habe ich viel übrig und wünsche nur, Caesar erwiese sich als Ehrenmann. Für Pompeius könnte ich mein Leben lassen, aber der Staat geht

sum; sed tamen ipsa re publica nihil mihi est carius, in qua tu non valde te iactas; districtus enim mihi videris esse, quod et bonus civis et bonus amicus es.

Ego de provincia decedens quaestorem Coelium <sup>4</sup> praeposui provinciae. 'puerum?' inquis. at quaestorem, at nobilem adolescentem, at omnium fere exemplo. neque erat superiore honore usus, quem praeficerem. Pomptinus multo ante discesserat; a Quinto fratre impetrari non poterat; quem tamen si reliquisssem, dicerent iniqui non me plane post annum, ut senatus voluisset, de provincia decessisse, quoniam alterum me reliquisssem. fortasse etiam illud adderent, senatum eos voluisse provinciis praeesse, qui antea non praefuissent, fratrem meum triennium Asiae praefuisse. denique nunc sollicitus non sum; si fratrem reliquisssem, omnia timerem. postremo non tam mea sponte quam potentissimorum duorum exemplo, qui omnis Cassios Antoniosque complexi sunt, hominem adolescentem non tam allicere volui quam alienare nolui. hoc tu meum consilium laudes necessest, mutari enim non potest.

De Ocella parum ad me plane scripseras, et in actis <sup>5</sup> non erat. tuae res gestae ita notae sunt, ut trans montem Taurum etiam de Matrino sit auditum.

Ego, nisi quid me etesiae morabuntur, celeriter, ut spero, vos videbo.

## XVI.

M. CICERO IMP. S. D. M. CAELIO.

Magno dolore me adfecissent tuae litterae, nisi iam <sup>1</sup> et ratio ipsa depulisset omnis molestias et diuturna

mir doch über alles. Du betätigst Dich in der Politik nicht gerade intensiv; Du scheinst mir nämlich von widerstreitenden Gefühlen bewegt zu sein, weil Du ein guter Staatsbürger und guter Freund bist.

Bei meinem Weggange aus der Provinz habe ich den Quästor Coelius mit der Verwaltung beauftragt. „Dieses Kind?“ sagst Du. Ja, aber er ist immerhin Quästor, ein junger Mann von Adel, und fast alle andern machen es ebenso. Auch fand sich keiner in höherem Range, den ich hätte einsetzen können. Pomptinus war schon längst über alle Berge, Bruder Quintus wollte sich nicht bereden lassen. Hätte ich ihn trotzdem zurückgelassen, würden böswillige Leute sagen, ich sei nicht genau nach einem Jahre aus der Provinz weggegangen, wie es der Wille des Senats gewesen sei, denn ich hätte mein anderes Ich zurückgelassen. Vielleicht werden sie noch hinzufügen, nach dem Wunsche des Senats sollten diejenigen eine Provinz verwalten, die es bis dahin noch nicht getan hätten, mein Bruder aber habe bereits drei Jahre lang Asia verwaltet. Schließlich brauche ich mir jetzt keine Sorgen zu machen; hätte ich meinen Bruder zurückgelassen, käme ich aus der Angst nicht heraus. Übrigens ist es weniger mein eigener Gedanke, als das Vorbild zweier mächtiger Männer, die all die Cassier und Antonier an sich gezogen haben, das mich bewogen hat, den jungen Mann wenn nicht gerade anzulocken, so doch jedenfalls nicht vor den Kopf zu stoßen. Mit diesem meinem Entschluß mußt Du Dich wohl oder übel abfinden; zu ändern ist nichts mehr daran.

Von Ocella hast Du mir reichlich wenig geschrieben, und in den amtlichen Nachrichten stand nichts von ihm. Deine Heldentaten sind so bekannt, daß man jenseits des Taurus sogar von Matrinus gehört hat.

Wenn mich die Passatwinde nicht aufhalten, sehe ich Dich hoffentlich bald.

(Side, den 3. oder 4. August [22./23. VI.] 50)

16.

M. Cicero, der Imperator, grüßt M. Caelius.

Dein Brief hätte mich sehr geschmerzt, hätte nicht schon eigene Überlegung allen Ärger vertrieben und die andauernde Verzweif-

desperatione rerum obdurisset animus ad dolorem novum. sed tamen, qua re acciderit, ut ex meis superioribus litteris id suspicari, quod scribis, nescio; quid enim in illis fuit praeter querelam temporum? quae non meum animum magis sollicitum habent quam tuum. nam non eam cognovi aciem ingenii tui, quod ipse videam, te id ut non putem videre; illud miror, adduci potuisse te, qui me penitus nosse deberes, ut existimares aut me tam improvidum, qui ab excitata fortuna ad inclinatam et prope iacentem desciscerem, aut tam inconstantem, ut conlectam gratiam florentissimi hominis effunderem a meque ipse deficerem et, quod initio semperque fugi, civili bello interessem.

Quod est igitur meum 'triste consilium'? ut discerem fortasse in aliquas solitudines. nosti enim non modo stomachi mei, cuius tu similem quondam habebas, sed etiam oculorum in hominum insolentium indignitate fastidium. accedit etiam molesta haec pompa lictorum meorum nomenque imperi, quo appellor. eo si onere carerem, quamvis parvis Italiae latebris contentus essem; sed incurrit haec nostra laurus non solum in oculos, sed iam etiam in vuculas malevolorum. quod cum ita esset, nil tamen umquam de perfectione nisi vobis approbantibus cogitavi. sed mea praediola tibi nota sunt; in his mihi necesse est esse, ne amicis molestus sim. quod autem in maritimis facillime sum, moveo non nullis suspicionem velle me navigare; quod tamen fortasse non nollem, si possem ad otium; nam ad bellum quidem qui convenit? praesertim contra eum, cui spero me satis fecisse, ab eo, cui iam satis fieri nullo modo potest.

Deinde sententiam meam tu facillime perspicere potuisti iam ab illo tempore, cum in Cumanum mihi obviam venisti. non enim te celavi sermonem T. Am-

lung an den Geschehnissen mein Herz gegen jeden neuen Schmerz verhärtet. Aber ich möchte doch wissen, wie Du auf Grund meines letzten Briefes nur auf diesen Verdacht kommen konntest. Was stand denn andres drin als Klagen über die Zeitläufte, die Dich nicht weniger in Aufregung halten als mich? Ich kenne doch Deinen scharfen Verstand zu gut und kann mir nicht denken, daß Du nicht sehen solltest, was ich sehe. Aber darüber wundere ich mich, daß Du, der Du mich doch ganz genau kennen müßtest, hast glauben können, ich sei so unbedacht, mich von dem aufsteigenden Gestirn abzuwenden und dem sinkenden und beinahe schon erloschenen zuzukehren, oder so wankelmütig, daß ich den erworbenen Schatz an Wohlwollen seitens eines Mannes auf der Höhe des Erfolgs verschleuderte und mir selbst untreu würde und mich, was ich von Anfang an und immer abgelehnt habe, am Bürgerkriege beteiligte.

Worin besteht also mein „beklagenswerter Entschluß“? Daß ich mich vielleicht an irgendeinen einsamen Ort zurückziehe. Du weißt doch, wie es mir hochkommt – Dir ging es einst ja ähnlich – bei dem niederträchtigen Benehmen dieser überheblichen Gesellschaft, wie meine Augen sich davor ekeln. Dazu kommt dies lästige Gefolge meiner Liktores, meine Imperatorwürde. Wäre ich diese Last los, dann sollte mir jeder noch so kleine Winkel Italiens recht sein. Aber dieser mein Lorbeerschmuck beschäftigt nicht nur die Augen, sondern auch die Mäuler der Übelwollenden. Trotzdem habe ich doch nicht einen Augenblick daran gedacht, ohne Eure Einwilligung abzureisen. Aber da sind, wie Du weißt, meine Landgüter; auf ihnen halte ich mich notgedrungen auf, um meinen Freunden nicht zur Last zu fallen, und weil ich am liebsten auf denen an der See weile, kommt manch einer auf den Verdacht, ich wolle zu Schiff ausrücken. Immerhin würde ich das vielleicht ganz gern tun, wenn ich dem Frieden entgegenfahren könnte. Denn zum Kriege – wie könnte ich das? Zumal gegen den, dem ich Genüge getan zu haben hoffe, auf seiten dessen, den man nachgerade doch nicht mehr zu-friedenstellen kann.

Im übrigen hast Du Dir schon von jenem Zeitpunkt an ein genaues Bild von meiner Einstellung machen können, als Du mir auf mein Cumanum entgegenkamst. Ich habe Dir nämlich nicht ver-

pi; vidisti, quam abhorrerem ab urbe relinquenda, cum audissem; nonne tibi adfirmavi quidvis me potius perpersurum quam ex Italia ad bellum civile exiturum? quid ergo accidit, cur consilium mutarem? nonne omnia potius, ut in sententia permanerem? credas hoc mihi velim, quod puto te existimare, me ex his miseriis nihil aliud quaerere, nisi ut homines aliquando intellegant me nihil maluisse quam pacem, ea desperata nihil tam fugisse quam arma civilia. huius me constantiae puto fore ut numquam paeniteat. etenim memini in hoc genere gloriari solitum esse familiarem nostrum Q. Hortensium, quod numquam bello civili interfuisset; hoc nostra laus erit inlustrior, quod illi tribuebatur ignaviae, de nobis id existimari posse non arbitrator.

Nec me ista terrent, quae mihi a te ad timorem fidis- 4  
sime atque amantissime proponuntur. nulla est enim acerbitas, quae non omnibus hac orbis terrarum perturbatione impendere videatur; quam quidem ego a re publica meis privatis et domesticis incommodis libentissime vel istis ipsis, quae tu me mones ut caveam, redemissem. filio meo, quem tibi carum esse gaudeo, si erit ulla res publica, satis amplum patrimonium relinquam in memoria nominis mei; sin autem nulla erit, nihil accidet ei separatim a reliquis civibus. nam quod rogas, ut respiciam generum meum, adulescentem optimum mihi que carissimum, an dubitas, qui scias quanti cum illum tum vero Tulliam meam faciam, quin ea me cura vehementissime sollicitet, et eo magis, quod in communibus miseriis hac tamen oblectabar specula, Dolabellam meum vel potius nostrum fore ab iis molestiis, quas liberalitate sua contraxerat, liberum? velim quaeras, quos ille dies sustinuerit, in



schwiegen, was ich mit T. Ampius gesprochen habe; Du hast gesehen, wie sehr ich dagegen gewesen bin, die Hauptstadt zu räumen, als ich davon hörte. Und habe ich Dir nicht versichert, ich wolle alles mögliche lieber auf mich nehmen als von Italien weg in den Bürgerkrieg gehen? Was ist also passiert, weshalb ich meinen Entschluß hätte ändern sollen? Ist nicht vielmehr alles danach angetan, mich bei meiner Ansicht zu halten? Du darfst es mir schon glauben, was Du Dir vermutlich selbst sagst: ich will aus meiner unglücklichen Lage hier nichts anderes gewinnen, als daß die Leute endlich einsehen, daß ich immer nur den Frieden gewollt habe, und als ich daran verzweifeln mußte, nichts so gemieden habe wie die Beteiligung am Bürgerkriege. Diese Beständigkeit werde ich wahrscheinlich nie zu bereuen haben. Ich entsinne mich nämlich, wie mein Freund Hortensius sich gerade dessen zu rühmen pflegte, daß er niemals an einem Bürgerkriege teilgenommen habe. Mein Ruhm wird um so heller strahlen, weil man ihm das als Bequemlichkeit auslegte, bei mir aber davon doch wohl keine Rede sein kann.

Auch die Bilder, die Du mir als treuer Freund vor Augen führst, um mich zu ängstigen, machen keinen Eindruck auf mich. Denn welche Bitternis bedroht bei diesem Aufruhr der ganzen Welt nicht jedermann in gleicher Weise? Wie gerne hätte ich ihn dem Vaterlande erspart auf Kosten meines persönlichen Wohlergehens und des Glücks meiner Familie, ja selbst auf die Gefahr hin, vor der Du mich warnst! Meinem Sohne – es freut mich, daß Du ihn lieb gewonnen hast – werde ich, wenn es überhaupt noch einen Staat geben wird, mit der Erinnerung an meinen Namen ein recht stattliches Erbe hinterlassen; gibt es aber keinen mehr, dann trifft ihn, was auch alle andern Staatsbürger trifft. Denn wenn Du mich bittest, auch an meinen Schwiegersohn, den trefflichen, mir sehr lieben jungen Mann, zu denken – meinst Du etwa, ich sorgte mich nicht ernstlich um sein Wohl und Wehe, wo Du weißt, wie nahe er sowohl wie vor allem meine Tullia meinem Herzen steht? Und das um so mehr, weil bei der allgemeinen Misere doch dieser Hoffnungs-schimmer mein Gemüt erhellt, daß mein oder vielmehr unser Dolabella von den Unannehmlichkeiten, die er sich infolge seiner Freigebigkeit zugezogen hat, befreit wird. Frag' ihn nur, wie viele Zahlungstermine er zu bestehen gehabt hat, solange er in Rom war,

urbe dum fuit, quam acerbos sibi, quam mihimet ipsi socero non honestos.

Itaque neque ego hunc Hispaniensem casum ex- 6  
specto, de quo mihi exploratum est ita esse, ut tu scribis, neque quicquam astute cogito. si quando erit civitas, erit profecto nobis locus; sin autem non erit, in easdem solitudines tu ipse, ut arbitror, venies, in quibus nos consedisse audies. sed ego fortasse vaticinor et haec omnia meliores habebunt exitus. recordor enim desperationes eorum, qui senes erant adulescente me. eos ego fortasse nunc imitor et utor aetatis vitio. velim ita sit; sed tamen . . .

Togam praetextam texi Oppio puto te audisse; nam 7  
Curtius noster dibaphum cogitat, sed eum infector moratur. hoc aspersi, ut scires me tamen in stomacho solere ridere.

De Dolabella quod scripsi, suadeo videas, tamquam si tua res agatur.

Extremum illud erit: nos nihil turbulenter, nihil temere faciemus; te tamen oramus, quibuscumque erimus in terris, ut nos liberosque nostros ita tueare, ut amicitia nostra et tua fides postulabit.

## XVII.

M. CICERO IMP. S. D. CN. SALVSTIO PROQ.

Litteras a te mihi stator tuus reddidit Tarsi a. d. 1  
XVI Kal. Sextiles. his ego ordine, ut videris velle, respondebo.

De successore meo nihil audivi neque quemquam fore arbitror. quin ad diem decedam, nulla causa est, praesertim sublato metu Parthico. commoraturum me nusquam sane arbitror; Rhodum Ciceronum causa puerorum accessurum puto, neque id tamen certum.

wie bitter für ihn persönlich und wie wenig erfreulich für mich selbst, den Schwiegervater, seine Schwierigkeiten waren!

So warte ich denn weder die augenblicklichen Vorgänge in Spanien ab – es ist mir vollkommen klar, daß es so ist, wie Du schreibst –, noch hege ich irgendwelche hinterhältigen Gedanken. Wenn es einmal wieder ein Gemeinwesen gibt, wird sich darin sicherlich auch ein Platz für mich finden; wenn nicht, dann wirst Du Dich wahrscheinlich ebenso in die Einsamkeit zurückziehen, wie Du es alsdann von mir hören wirst. Mag sein, daß ich ein Schwarzseher bin und daß dies alles besser ausgehen wird. Ich erinnere mich, wie verzweifelt in meiner Jugend die Alten waren. Vielleicht mache ich es jetzt ebenso wie sie und ver falle in die Fehler des Alters. Wäre es doch so! Aber trotzdem . . .

Daß für Oppius das Amtskleid schon in Arbeit ist, hast Du wohl gehört. Und unser Curtius denkt gar an das doppeltgefärbte Gewand; aber der Färber hält ihn hin. Dies zur Würze, damit Du siehst, daß ich bei allem Ärger doch das Lachen nicht verlernt habe.

Um noch einmal auf Dolabella zu kommen: ich möchte Dir raten, die Sache in die Hand zu nehmen, als ob es Deine eigene Sache wäre.

Das Fazit meiner Ausführungen: ich werde keinen kopflosen, keinen unüberlegten Schritt tun. Dich aber bitte ich, wo in aller Welt ich immer sein mag, mich und meine Kinder unter Deine Fittiche zu nehmen, wie unsre Freundschaft und Deine treue Liebe es Dir gebieten.

(Auf dem Cumanum, den 4. Mai [13. III.] 49)

#### 17.

M. Cicero, der Imperator, grüßt Cn. Sallustius, den Proquästor.

Die Briefe von Dir hat mir Dein Amtsdien er am 17. Quintilis in Tarsus eingehändigt, und ich werde sie der Reihe nach, wie Du es zu wünschen schein st, beantworten.

Von einem Nachfolger für mich habe ich nichts gehört, und ich glaube auch nicht, daß es einen geben wird. Das ist aber kein Grund für mich, nicht genau auf den Tag abzutreten, zumal die Furcht vor den Parthern gegenstandslos geworden ist. Ich werde wahrscheinlich überhaupt nirgends Station machen. Nach Rhodus werde ich

ad urbem volo quam primum venire; sed tamen iter meum rei publicae et rerum urbanarum ratio gubernabit. successor tuus non potest ita maturare, ullo modo ut tu me in Asia possis convenire.

De rationibus referendis non erat incommodum te nullam referre, quam tibi scribis a Bibulo fieri potestatem; sed id vix mihi videris per legem Iuliam facere posse, quam Bibulus certa quadam ratione non servat, tibi magnopere servandam censeo.

Quod scribis Apamea praesidium deduci non oportuisse, videbam item ceteros existimare molesteque ferebam de ea re minus commodos sermones malevolorum fuisse. Parthi transierint necne praeter te video dubitare neminem. itaque omnia praesidia, quae magna et firma paraveram, commotus hominum non dubio sermone dimisi.

Rationes mei quaestoris nec verum fuit me tibi mittere, nec tamen erant confectae; eas nos Apameae deponere cogitabamus. de praeda mea praeter quaestores urbanos, id est populum Romanum, terruncium nec attigit nec tacturus est quisquam. Laodiceae me praedes accepturum arbitror omnis pecuniae publicae, ut et mihi et populo cautum sit sine vecturae periculo.

Quod scribis ad me de drachmum CCCIOOO, nihil est, quod in isto genere cuiquam possim commodare; omnis enim pecunia ita tractatur, ut praeda a praefectis, quae autem mihi attributa est, a quaestore curetur.

Quod quaeris, quid existimem de legionibus, quae decretae sunt in Syriam, antea dubitabam venturae essent; nunc mihi non est dubium, quin, si antea auditum erit otium esse in Syria, venturae non sint; Marius quidem successorem tarde video esse venturum, propterea quod senatus ita decrevit, ut cum legionibus iret.